

Bibliotheca Fürstheimiana

Class PL2997
Book .S56
1755
Office

361

Shu ching

Version Latine du Livre Classique Chouking

par

le P. Michel Benoist.

Jesuite Francois à Peking.

n Gallica et proindè Simpliciùs reddere potest Simplicem

Stylum. deindè cum lingua Latina intelligatur et [illegible]

PL2997
.S56
1755
office

286092

Monitum Lectori
circa versionem Libri Chou King.

Cum antè aliquot annos, per otium quod mihi permittebant functiones Missionarii, et Hydraulica quæ ab imperatore pro Palatii Sui ornatu mihi fuerant commissa negotia, revolverem libros Tartaricos et Sinicos, tùm ut ediscerem hanc utramque linguam, quarum una scilicet Sinica, absolutè necessaria est, Tartarica verò maximè utilis ad promulgandam nostram sanctam legem, tùm ut ex iis decerperem aliquid quod posset esse gratum Europæis: Pater Gaubil, quamquam olim misisset in Europam versionem gallicam libri Chou King, de quâ nullum adhuc audierat responsum, ut sæpissimè evenit in tantâ locorum distantiâ; nihilominùs author mihi fuit ut denuò versionem eximii illius libri susciperem.

libentissimè obsecutus sum illi consilio, tùm quia pro lectione aliorum librorum apud Sinas Canonicorum, præsupponitur intelligentia libri Chou King qui sæpissimè in illis citatur, tùm quia Missionarius potest cum emolumento adhibere librum Chou King, ut ostendat hujusce temporis Sinis quam longè differant a majoribus suis et illos convincat olim jam inter illos extitisse vestigia illius supremi numinis quod illis annuntiamus.

in versione libri Chou King usus sum linguâ Latinâ utpote quæ magis concisa est quam Gallica et proindè simpliciùs reddere potest simplicem antiquorum stylum. deindè cum lingua Latina intelligatur ab omnibus qui huc veniunt Missionariis, omnes poterunt esse illius versionis judices.

quantùm fieri potuit reddidi verbo ad verbum genuinum libri textum: sed cum lingua Sinica adeò diserta sit ut sæpissimè unicum verbum reddi non possit in linguam Europeam nisi per periphrasim, et aliundè aliquandò

Supponantur facta absque quorum cognitione merus textus non posset intelligi: ideò mihi sapissimè necesse fuit esse multo prolisciorem quàm textus ipse est nihilominùs ut appareret quantum fieri potest genuinus textus, notavi lineolis rubris verba Europea quæ respondent mero textui. reliqua vel sunt synonima, vel additamenta necessaria ut completur sensus in Europeâ linguâ, vel interpretum explicationes.

ex interpretibus secutus sum je kiang tùm linguâ Sinicâ, tùm linguâ Tartaricâ quæ multùm adjuvat ad intelligentiam Sinicæ. legi pluries Tchang Ko Lao. consului sapissimè che San King, chou King Ta tsuen et alios fontes quos habemus in nostrâ hujusce residentiæ Gallicæ Bibliothecâ.

præterea P. Gaubil mihi commodaverat versionem suam Gallicam: hanc consului, juxtà illam aliquando emendavi, et usus sum illius Chronologiæ Sinicæ principiis. si in aliquibus ab illo interdum differam, nonnisi quia fontes quos consului etiam inter se differunt; et alii alium sensum uni eidemque textui affingunt.

Nomina propria dignitatum, præfecturarum &c sapissimè non verti Latinè, sed expressi linguâ Sinicâ, quia nullum sciebam verbum Latinum quod illis responderet. si pro exprimendis dignitatibus, usus sum aliquando verbis Latinis quæ iis non omnino respondent, nonnisi quia usus ille invaluit apud Europæos qui sunt in Sinis. v.g. quod Sinæ vocant kung non certè respondet illi dignitati quam Europæi exprimunt per vocem Latinam comes: nihilominùs aliquando usus sum voce comes ad designandum Dynastam quem Sinæ vocabant olim kung. dignitates porro illas quantùm potui, auxilio interpretum in notis explicui.

nomina quæ non verti latinè, scripsi Characteribus Sinicis, infrà scribendo

Sonum Europæum. quia cum aliquando plurium Characterum Sinicorum Sensus omninò diversi Sonus Europæus iis respondens sit omninò idem, periculum fuisset ne si scriberentur duntaxat Europæo Sono, confunderentur personæ vel loca.

in iis quæ spectant ad Geographiam nolui fidere solis interpretibus. nomina locorum, montium, fluminum, singula quæsivi in Geographiâ Sinicâ quæ vocatur 1. 大清一統誌 (ta tsing y tung tchi). opus est eximium. Sub Dynastiâ præsenti 360 et amplius voluminibus recenter typis excusum.

in assignandis pluribus locis, brevitatis causâ secutus sum modum loquendi Sinicum. v.g: cum dici in notâ, p, ad versum 149, fluvium ori choui duare originem ex monte niao chou chan ad occidentem 2. 臨洮府渭源縣 (lin tao fou ori yuen hien). Sensus est ad occidentem urbis ori yuen quæ est hien, id est urbs 3ⁱ ordinis, dependens ab urbe lin tao quæ est fou sive urbs 1ⁱ ordinis.... item in notâ superiori, m, dicitur montem si king situm esse ad sud ouest 3. 臨洮府洮州衛 (lin tao fou tao tchou ori). Sensus est ad sud ouest urbis Tao Tchou quæ est ori, sive urbs munita dependens ab urbe primi ordinis dictâ lin tao.... item in notâ, i, dicitur montem meng chan situm esse in provinciâ sse Tchouen propè 4. 雅州名山縣 (ya tchou ming chan hien); Sensus est prope urbem Ming chan quæ est Hien sive urbs 3ⁱ ordinis dependens ab urbe ya Tchou, quæ est Tchou sive urbs 2ⁱ ordinis. si quæ sint alia ejusmodi quæ indigeant explicatione, explicantur in suo locò.

Utinam labor meus aliquo modo utilis esset posset sive Missionariis, sive Doctis Europæ qui suo nobiscum commercio concurrere possunt et adjuvare nos in propagandâ nostrâ sanctâ fide. errores qui irrepserint, Lector benevolus ignoscat et emendet. non alium laboris mei mihi proposui scopum nisi majorem Dei Gloriam et Deiparæ Virginis honorem.

Præfatio
in librum Chou King.

no ante Ch. 4, Confucius ordinem redi librum ou King.

Jam florebat Sina plus quam bis mille ante Chr. annis. tunc temporis jam habebat heroum Suorum præcones qui egregia illorum facinora propagarent ac posteris imitanda proponerent. pretiosorum illorum antiquitatis monumentorum aliqua Sæculorum plurimorum injuriam evaserant: Sed quia periculum erat ne tempori tandem cederent ac unà cum Dynastiis quarum historiam referebant jacerent consepulta, Confucius eruditorum ac Sapientium qui floruerunt inter Sinas verè Antesignanus, quæcumque ex illis quæ Supererant adeò pretiosis fragmentis dispersa potuit invenire collegit et circa annum ante Chr. 484 ex illis efformavit librum qui vulgò vocatur Chou King vel Chang Chou.

no ante Ch. 3 cremantur nes libri

Liber Chou King in ordinem digestus a Confucio terebatur in omnium eruditorum manibus et amplam illis præbebat materiam informandi et ad virtutem dirigendi mores tam Subditorum quam Principis. Dynastiæ 秦 (1 tsin) Princeps 始皇帝 (2 chi hoang ty) arbitrio Suo Se Suumque imperium regere gaudens et eruditorum Sana documenta exosus, ratus est Se posse conspicuorum olim Sagacitate Suâ Principum famam Sepelire et unicè propagare Suam, Seque in exemplar unicum posteritati proponere: ideò anno antè Chr 213 edixit ut exceptis Dynastiæ Suæ historiâ et medicorum libris, cæteri omnes tum historici, tum dogmatici et imprimis liber Chou King flammis traderentur; immo et anno Sequenti plures litteratos vivos Sepeliri jussit.

incendio ripiuntur iquot libri

Lugendam hanc litteraturæ Sinicæ cladem avertendi nullum datum fuerat remedium: Sed tamen clades non fuit absoluta. litterati plures etiam cum capitis periculo ex thesauris Suis litterariis aliquot furori tempestatis eripere conati Sunt. librum Chou King et alios quotquot potuerunt absconderunt in domorum parietibus vel in terram defoderunt.

extinguitur Dynastia Tsin, evehitur Dynastia han.

non diu superviscit rei litterariæ cladi cladis illius author: immò et paulò post tota ipsius familia extincta est. nondum tamen reviviscebat litteratura, bellis intestinis agitabatur imperium. per aliquot annos consepulta mansit, donec tandem imperio pacato Dynastiæ 3 漢 (han) recens ad solium evectæ Princeps 4 文帝 (ouen ty) omnibus Principis eximii dotibus ornatus, virtutem et litteras in imperio suo resuscitare allaboravit.

liber chou king excipitur ab uno sene dicto fou cheng vel fou seng.

in urbe 5 濟南府 (tsi nan fou) quæ nunc est Provinciæ 6 山東 (chan tung) Metropolis, erat eruditus senex nomine 7 伏生 (fou cheng seng) qui tempore librorum incendii præerat regionis suæ litteratis et in senectute suâ inter alios quos olim commentatus fuerat libros, librum chou king memoriter adhuc explicabat regionis suæ alumnis. Princeps ouen ty qui probè noverat quantum esset libri Chou king pretium, anno ante Chr. 176° volebat senem fou cheng ad aulam quæ tunc erat ubi nunc est urbs 8 西安府 (si ngan fou) totius Provinciæ 9 峽西 (chen si) Metropolis. Sed quia fou cheng natus 90 annos, oculis orbatus et maximè debilis adeò longum iter non poterat conficere, Princeps misit ex aulâ suâ eruditos qui à sene fou cheng exciperent quidquid ille sciebat de libro Chou king. aliqui dicunt fou cheng ab incendio eripuisse libri Chou king 29 capita characteribus antiquis exarata, quæ continuò regionis suæ discipulis explicando sibi in memoriam infixerat, ita ut quando imperatoris legati venerunt ad fou cheng, fou cheng qui oculis orbatus jam non poterat explicare manuscripti sui characteres aulicis ignotos, non potuit nisi memoriter illis textum recitare. dicunt alii exemplar quod fou Cheng ab incendio eripuerat, periisse in bellis civilibus quæ sub fine Dynastiæ Tsin totam sinam devastaverant. quidquid sit, legati quando venerunt ad fou Cheng non potuerunt sibi comparare ex libro chou king nisi quod fou Cheng memoriter illis communicabat: immò tum quia fou cheng præ senectute linguam habebat impeditam et quasi balbutientem, tum quia fou Cheng

habebat accentum regionis suæ ab aulæ accentu multo diversum, Aulici legati verba fou cheng non intelligentes, nonnisi cum auxilio interpretum et illorum qui frequenti cum fou Cheng consuetudine assueverant illius idiomati, potuerunt sibi comparare 29 libri Chou King capita quæ temporis sui characteribus conscripta detulerunt ad imperatorem, qui commisit exemplar Academiæ litteratorum à quâ postquam recognitum est et promulgatum, unanimi plausu Doctores omnes illud exceperunt. hoc est exemplar vulgo dictum Chou King ex fou cheng ab illo, à quo fuerat exceptum, vel Chou King novi textûs, quia novis characteribus fuerat excaratum.

Kung ngan Koue edit in lucem alium Chou King ampliorem præcedenti.

paulo post, tempore Principis 武帝 (10 vou ty) in ruinis antiquæ posterorum Confucii domûs, inventi sunt libri plures inter quos erat liber Chou King suprà tabulas ex bambou excaratas antiquis characteribus quorum legendorum difficultas non parum augebatur ex eo quod plures essent vel deleti vel a vermibus semicorrosi. ad enucleandas illas difficultates accersiti sunt litterati plures inter quos erat celeberrimus 孔安國 (11 Kung ngan Koue) Confucii 13ae generationis nepos qui cum eruditione profundâ mores intactos et doctrinæ sanæ amorem conjungebat. Kung ngan Koue tum auxilio litteratorum qui illi adsciti fuerant, tum auxilio manuscripti quod exceptum erat à fou Cheng, enodavit ac transcripsit recens inventum manuscriptum multò amplius quam præcedens: continebat enim 58 capita et præfationem singulorum capitum epitome complectentem quam aliqui dixerunt a Confucio excaratam; sed juxta accuratiores criticos recentiorem Confucio et nonnisi paulo ante librorum incendium libro Chou King præmissam

Kung ngan Koue textum quem dabat in publicum excornavit commentario brevi ac dilucido cum eruditâ præfatione in quâ inquit librum Chou King qualis à Confucio editus est continuisse 100 capita, ita ut 42 amissa forent. hîc porro advertendum libros canonicos qui sæpissime citant librum Chou King;

nihil citare de capitibus quæ dicuntur amissa.

Kung ngan Kouo tradidit manuscripta sua Academiæ litteratorum recognoscenda. multis placuit recens editus liber qui ab antiquitate Characterum quibus erat exaratus vocatus est Chou King veteris textûs. quamquam plures eruditi privatim uterentur veteris textûs Chou King, scilicet illo qui recens à Kung ngan Kouo fuerat editus, nihilominùs tum in Academiis, tum in Scholis publicis non adhibebatur nisi chou King novi textûs, scilicet à Fou cheng editus. paulatim tamen invaluit Chou King veteris textûs et jam anno post Chr. 497.° edita à Kong ngan Kouo 58 capita habebantur quasi genuinæ collecti à Confucio Chou King reliquiæ, et passim usque ad hodiernum tempus in Academiis et Scholis publicis explicata sunt.

Excepto brevi Kung ngan Kouo commentario, nullus de proposito commentatus fuerat integrum librum Chou King, usque dum circa annum Chr. 640, jussu Principis 太宗 (12 tay tsung) ex Dynastiâ 唐 (13 tang), eruditus 孔穎達 (14 kung in ta) commentatus est omnes libros canonicos in collectione dictâ 十三經 (15 che san king) et una cum Kung ngan Kouo commentario collegit quascumque divisim à variis autheribus allata fuerant variorum libri chou King textuum explicationes quas ornavit eruditissimis adnotationibus. prodierant deinceps innumera libri Chou King commentaria. perspicuitate suâ commendandum est illud quod primus imperii administer 張閣老 (16 tchang ko lao) eruditione profundâ insignis vir emisit in publicum primis imperatoris Kang hi annis. ex illo ministri commentario quoad maximam partem desumptum est commentarium aliud dictum 日講 (17. je kiang) jussu ejusdem imperatoris factum in utrâque linguâ Sinicâ et Tartaricâ ut edoceatur in imperii totius Academiis ac Gymnasiis. hæc est summa historiæ famosi tam apud Sinas quam apud Europæ doctos libri vulgò dicti Chou King.

ex omnibus libris quos Sinæ inter Canonicos annumerant, nullus est quem plures et potiori jure faciant quam liber Chou King. et verò quot pretiosa in libro

Chou King, tum relligionis erga Supremum Dominum et mutuarum Societatis humanæ obligationum, tum Astronomiæ, Geographiæ, Chronologiæ monumenta. in remotissimis illis de quibus mentionem facit liber Chou King temporibus, nondum pravis quæ deinceps irrepserunt dogmatibus deformata erat idea entis Supremi, tam Cæli quam terræ et creaturarum omnium Domini. modò Supremum illud ens nuncupatur Cælum, 18 天 tien. modò nuncupatur esse se regnans Cælum 19 皇天 hoang tien. modò Supremum Cælum 20 上天 chang tien. modò Supremus imperator 21 上帝 chang ty. quamquam nunc aliqui esse illis ens Supremum nuncupandi modis, utpote Subsequentium Sæculorum pravis dogmatibus infecti videantur insufficientes, quis tamen auderet negare antiques Sinæ Sapientes habuisse ideam Supremi rerum omnium conditoris quem designamus nomine Dei. piaculum duxissent antiqui imperatores non sese devovere totos obsequio illius entis, à quo suum thronum tenere se probè noverant. nullum suscipiebant alicujus momenti negotium, quin prius in sacrificiis auxilium Supremi Domini imploraverent, ac deinde gratias agerent de successu. sibi met ipsis attentè invigilantes, maximè cavebant ne aliquâ culpâ provocarent iram Supremi Domini et mererentur privari suo throno. passim in toto libro variarum Dynastiarum ruinæ causa rejicitur in defectum relligionis et inobservantiam legis illius internæ, singulis hominibus à nativitate suâ divinitus infusæ, cujus ope discerni possunt quæ decent vel dedecent. quamquam lex illa infusa sit in omnibus hominibus, plerumque tamen cupiditatibus obnubilatur. Principis est qui Cæli vices gerit et idò vocatur Cæli filius 22 天子 tien tse. Cælestem illam legem explanare. indè repetuntur tum origo legum quas ferunt Principes, tum necessitas ut illæ leges conformes sint lumini naturali: secùs enim Princeps Cæli vices gerere non censeretur. Cælum nonnisi invitò punit delinquentes, nectit moras, visitat illos calamitatibus, aculeis pungit illorum cor, ut forte illos pœnitet ac sese emendent. ad exemplar Cæli commendatur Principibus, ut nonnisi tentatis omnibus quæ conferre

possunt ad reorum emendationem mediis in illos animadvertant. oh quantæ Principibus in usu Suppliciorum præscribuntur cautiones! quantus instillatur illis populorum amor, quanta verò populis erga Principem Suum commendatur reverentia! quàm acriter passim in toto libro invehitur contra carnis voluptates! quàm atris et horrendis coloribus depinguntur vitia gulæ, impudicitiæ, otii! Supponitur immortalitas animæ post mortem pœnis vel præmiis afficiendæ. tùm imperatorum tum aliorum qui Sapientiâ Suâ fuerunt insignes heroum animæ Supponuntur in Cœlo ad latus Supremi Domini, implorantes illius auxilium pro nepotibus piis, Sed impios nepotes à calamitatibus quas Sibi Sceleribus Suis accersiverunt eripere non valentes. hanc antiquorum Sinarum doctrinam exponit genuinus libri Chou King textus. pudeat nepotes illa eximia dogmata Suis Superstitionibus depravasse.

monumenta Astronomiæ in libro Chou King.

Antiquorum Sinarum eruditionis non minus quam illorum relligionis monumentum est liber Chou King. jam à tempore yao, id est bis mille et amplius ante Chr: annis Astronomia habebatur apud Sinas in maximo pretio et quasi unum ex præcipuis imperii negotiis: ideo tanta Astronomiæ præsidibus in adimplendo Suo munere commendatur reverentia. in illis remotissimis temporibus jam assignata fuerant puncta Cœli in quibus fiebant æquinoctia et Solstitia. jam vigebat usus intercalandi unum diem et numerandi unum annum Solarem 366 dierum. jam tunc pro anno Lunisolari aliquando intercalabatur Luna. occasione Eclypsis Solis quæ videtur nobis assignanda ad annum 2155, quam Eclypsim Astronomi Hi et Ho non prædixerant, mentio fit de legibus antiquis quæ jubent morte plecti Astronomum qui erraverit in Eclypsis prædictione: quæ leges Supponunt Sane jam extitisse methodum Satis accuratè motus Astrorum calculandi.

monumenta geographiæ in libro chou king.

Præter alia quæ passim in libro Chou King inveniuntur Geographiæ Sinicæ monumenta, quam pretiosum est illud quod legitur in Capite yu kung. tempora de quibus mentio fit in illo capite distant à nobis ferè quatuor annorum millibus: quantâ porrò imperium Sinicum jam tunc florebat potentiâ, quam latè jam erat diffusum: non sine admiratione leguntur tot variarum quas perlustravit yu remedium inundationibus allaturus regionum nomina, quarum plurima usque nunc manserunt eadem. quam immensis laboribus fluminum ferè innumerorum alvei excavati sunt ut aquæ passim excundantes possent effluere. quantis opibus in seta, vernice, auro, cupro, lapidibus pretiosis jam abundabat imperium. quam copiosum erat tributum quod non solum ex variis totius Sinæ Provinciis, sed adhuc ex regionibus exteris deferebatur ad Aulam, quanta multitudo Dynastarum qui veniebant obsequium præstituri. adeo benè depinguntur flumina, montes et varii terræ tractus; de quibus fit mentio in capite yu kung, ut etiam nunc pleraque ex illis non possint non dignosci.

++. quamquam illæ duæ voces non sint latinæ præsentia aliarum coegit me illis uti.

Chronologia libri chou king.

Quamvis Chronologia libri Chou King in aliquibus locis sit intricata, nihilominus illius ope evidentissimè deducitur primorum de quibus mentio fit imperatorum antiquitas. quæ methodo synthethicâ passim in decursu libri exposuimus, juvabit hic brevem eorum analysim referre. exceptis duobus ultimis capitibus quæ spectant ad privatos regnorum 23 魯 (lou) et 24 秦 (tsin) Dynastas, cætera quæ in toto libro Chou King referuntur facta historica spectant ad imperatores, incipiendo ab 25 堯 (yao) et 26 舜 (chun). deindè ad imperatores Dynastiarum 27 夏 (hia) 。商 (chang) 。周 (tcheou)

ex Eclypsi quæ refertur in libro Tchun Tsieou, Epocham reguli 28 穆公 (mo kung) de quo in ultimo capite, assignavimus ad annum ante Chr. 627.

ultimus imperator de quo fiat mentio in libro Chou King, est Dynastiæ Tcheou imperator 29 平王 (ping ouang). ex Eclypsi quæ refertur in Tchun Tsieou,

demonstratur annum 51um regni sui quo mortuus est Ping ouang, esse annum ante Chr. 720um

Princeps Ping ouang successerat principi 幽王 (30) (yeou ouang). ex eclypsi quae refertur in libro Chi King sexto imperatoris yeou ouang anno, pro sexto illo anno determinatur annus ante Chr. 776. juxta librum 國語 (31) (Koue yu), yeou ouang regnavit 11 annis. ergo 1us annus yeou ouang est ante Chr. 781, et annus 770 est annus quo mortuus est yeou ouang, proindeque imperatoris Ping ouang primus.

ante yeou ouang liber Chou King mentionem facit de imperatore 穆王 (32) (mo ouang): sed nihil refert unde ipsius Epocha determinari possit.

ante Mou ouang liber Chou King loquitur de imperatore 康王 (33) (Kang ouang) cujus annus 12us ostenditur fuisse ante Chr 1056us.

imperatorem Kang ouang praecesserat imperator 成王 (34) (tching ouang) qui juxta historicos regnavit 37 annis. Septem primis imperatoris Tching ouang annis, 周公 (35) (tcheou kung) erat imperii regens. 30 aliis annis, Tching ouang per se ipsum rexit. porro demonstravimus ex cyclicis dierum notis, annum ante Chr. 1068 esse illum quo mortuus est Tching ouang et annum 1098 esse 7um regentiae Tcheou kung annum. ergo primus annus supremae administrationis Tcheou kung et regni imperatoris Tching ouang fuit annus ante Chr 1105us

imperatorem Tching ouang praecesserat ipsius pater imperator 武王 (36) (vou ouang) Dynastiae Tcheou fundator. juxta historicos a clade Dynastiae Chang de quâ in capite 武成 (37) (vou tching) vou ouang regnavit adhuc septem annis. modo discimus Tching ouang solium conscendisse anno 1105 quo mortuus est ipsius pater vou ouang. ergo inde confirmatur epocha capitis vou Tching quam ex aliis fundamentis assignavimus ad an. ante C. 1111um. ...ns. anno illo quo vou ouang profligavit Dynastiam Chang, a 3tus annis vou ouang successerat patri suo 文王 (38) (ouen ouang) in regulatu 周 (39) (tcheou). ergo annus 1114 est ille quo

vou ouang conscendit solium regulatûs Tcheou et quo ouen ouang mortuus est: ex capite 40 無逸 vou y ouen ouang 60 annis regnavit in regulatu Tcheou et solium conscenderat circa vitæ suæ medium. ergo ouen ouang solium conscendit anno 1163 et vixit fere centum annos. alii historici dant principi ouen ouang 97 annos vitæ, ita ut 47° ætatis suæ anno conscenderit solium. ergo ouen ouang natus est circa annum ante Ch 1210.um juxtà Mencium authorem classicum inter nativitatem imperatoris Chun et nativitatem principis ouen ouang effluxerunt mille et amplius anni. ergo nativitas principis Chun quæ fuit anno 41° principis yao, fuit ante Chr: 2210 et amplius annis. illud amplius modo determinabimus.

vidimus supra anno 1111° extinctam fuisse Dynastiam Chang. quamquam sub illiûs Dynastiæ principe 41 太甲 tay kia referantur aliquot notæ Cyclicæ, nihil tamen tum ex illis notis, tum ex aliis libri chou king locis erui potest pro Chronologiâ Dynastiæ illius imperatorum. liber Tso Tchouen inquit Dynastiam Chang duravisse 600 annos. liber Koue yu dicit Dynastiam Chang habuisse 31 imperatores. ergo imperator Tching Tang qui fuit illiûs Dynastiæ fundator solium conscendit circa annum ante Chr: 1711.um

Dynastiam Chang præcesserat Dynastia hia. ex Eclypsi quæ refertur evenisse 1° imperatoris 42 仲康 tchung kang anno, 1us ille annus videtur esse ante Chr: 2166us.

intra principem Tchung Kang et Dynastiæ Hia fundatorem 43 禹 yu extiterunt duo imperatores scilicet 44 啓 ki qui successit imperatori yu et 45 太康 tay kang qui successit imperatori ki. juxta antiqua et fide digna monumenta, tribus imperatoribus yu, ki et Tay kang assignandi sunt 28 anni.

ex capitibus yao Tien et Chun Tien, imperator yao regnavit ad minimum 98 annos. si igitur anno 2166 quem diximus modo fuisse 1um imperatoris Tchung kang annum addantur 28 anni pro imperatoribus Tay kang, ki et yu, 50 anni

pro imperatore Chun et 98 anni pro imperatore yao. Summa erit ante Chr: 2331 pro 1° imperatoris yao anno, et ita confirmatur quod dicit Mencius, inter nativitatem Principis Chun et nativitatem Principis ouen ouang extitisse mille et amplius annos.

ad confirmandam antiquitatem imperatoris yao addi etiam potest probatio quae eruitur ex motu stellarum quae dicuntur tempore yao designasse aequinoctia et solstitia. quamquam enim Astronomi nondum omninò consentiant de quantitate motus fixarum, et proindè ex illo motu non possit erui epocha aliqua determinata pro temporibus tam longè à nostro distantibus: nihilominus quodcumque adhibeatur systema circa stellarum motus, differentia inter stellas quae mediabant tempore Principis yao et illas quae mediant tunc temporis, probat Principem yao regnavisse plusquam duobus annorum millibus ante nativitatem Christi.

pretiosa sunt sanè adeo remotae antiquitatis monumenta quibus abundat liber Chou king. arcana essent homini Europaeo qui nihil sciret de modo quo sinae calendarium suum ordinant: ideò quamquam pluries scriptum fuerit de hâc materiâ, paucis exponam quae aditum patefacere possunt ad Chronologiam quae exposita est in libro chou king.

introductio
ad Chronologiam libri Chou King
§ I^a
variæ temporis divisiones.

annus julianus sive astronomicus. videtur Sinas in suis calculis Astronomicis a remotissimâ antiquitate usos fuisse anno juliano 365 $\frac{1}{4}$ dierum. hoc insinuat libri Chou King caput I^um yao Tien, ubi Princeps yao inquit aliquando recurrere annum qui sit 366 dierum. hunc annum solarem incipiunt Sinæ a puncto mediæ noctis illiûs diei in quo evenit solstitium hiemale: punctum enim mediæ noctis, a tempore Dynastiæ Tcheou est principium illorum diei tam Astronomicæ quam civilis. Sub Dynastia Chang dies civilis incipiebat in meridie. Sub Dynastiâ hia dies civilis incipiebat circa 6^am matutinam.

divisio circulorum in 365 $\frac{1}{4}$ indè originem habuit divisio Zodiaci, æquatoris et aliorum circulorum in 365 $\frac{1}{4}$ gradus, tot quot numerabant dies in anno tropico: quâ divisione ab omni memoriâ usi fuerunt Sinæ antè ingressum Europeorum in Tribunal Mathematicum.

Signa Zodiaci Zodiacum dividunt Sinæ in 24 partes quas vocant ky, incipiendo a puncto solstitii, scilicet I^o gradu Capri, ita ut illorum duo ky respondeant uni ex nostris 12 signis. illa ki quæ respondent I^o gradui nostrorum signorum vocant Tchung ki, illa vero quæ respondent 15° gradui vocant Tsie ky. nunc utuntur etiam divisione Zodiacali in 12 signa, circa quæ consule Tabulam I^am. T: I^a

Diei divisio in 24 partes Diem solarem dividunt Sinæ in 24 partes quas designant 12 characteribus, ita ut uni characteri respondeant duæ vigesimæ quartæ partes, quarum I^a vocatur tchou, 2^a vocatur Tching. v: g: I^m Character 子 (1, tse) designat spatium temporis inter II^m serotinam et I^m matutinam. ab II^a usque ad mediam noctem vocant

tse tchou, a mediâ nocte usque ad 1am matutinam vocant tse Tching et sic de cæteris. applicatio illa 12 Characterum diei divisionibus non est antiquior Dynastiâ han quæ initium habuit anno antè Ch: 206.°

Duodecim diei divisionum Characteribus respondent etiam Characteres qui exprimunt animalia, ut videri potest in Tabulâ I.a illi animalium Characteres applicati horis Sinicis, initium habuerunt in Sina circa octavum post æram Christianam Sæculum a Tartaris qui incolebant ripas fluminis irtis dicti in Siberia.

5e noctis vigiliæ.

noctem dividunt Sinæ in 5e vigilias quæ sunt inæquales juxta noctium longitudinem vel brevitatem. 1a vigilia incipit duabus horis post occasum Solis. 5a vigilia finit duabus horis et uno quadrante ante ortum Solis. demptis quatuor illis horis cum quadrante, reliquum noctis tempus dividitur in quinque partes æquales pro quinque vigiliis. usus vigiliarum incepit sub Dynastiâ Tcheou quæ solium conscendit anno ante Chr: 1111.° usus indicandi illas vigilias percussione campanarum vel aliorum instrumentorum venit ex regionibus occidentalibus et in Sinis vigebat antè æram Christianam. antiquissimus est etiam usus horologiorum cum arenâ vel aquâ, item usus gnomonis ad dignoscendum meridiem. Sed communiter Sinæ ad mensurandum tempus utuntur odoramentis quorum consumptio ad certam longitudinem designat certam quantitatem temporis elapsam.

divisio diei in quadrantes

præter divisionem diei in 24 partes, olim Sinæ dividebant adhuc diem in centum partes quas vocabant 刻 (2 / Ke), ita ut uni divisioni horariæ assignarent $4\frac{1}{6}$ Ke. Sed ab ingressu Europæorum in Tribunal Mathematicum, numerant duntaxat 96 Ke quemadmodum nos 96 horæ quadrantes, quorum singuli habent 15'. designant tempus per horas quadrantes et minuta: v.g: supra discimus Kse tchou esse horam 11am serotinam. tse tchou tchou Ke che fen designat horam 11am cum 10' minutis 1' quadrantis, id est horam 11am 10'.

tse tchou y ke che fen designat horam II cum uno quadrante et praeterea 10', id est horam II, 26', et sic de caeteris.

mensis Sinicus Lunaris

Mensis Sinicus est lunaris qui modo vocatur parva luna quando est 29 dierum, modo vocatur magna luna quando est 30 dierum, prout exigit una revolutio Lunae quae absolvitur intra 29 et 30 dies.

annus civilis 12 Lunarum.

Annus civilis Sinarum semper fuit Luni Solaris. 12 menses Lunares sunt minores unâ revolutione Solari. 13 Lunae superant unam revolutionem Solarem; indè in anno civili Sinarum modo reperiuntur, 12 modo 13 Lunae.

quamvis in anno civili Sinarum aliquando reperiantur 13 lunae, nihilominus numerant duntaxat 12 quas denotant per 12 characteres quos modo diximus inservire ad designandas diei divisiones. ecce quomodo illi Lunas suas disponunt.

regulae pro intercalatione.

diximus modo divisiones Zodiaci 12 quas Sinae vocant Tchung ki respondere initio sive 1° gradui nostrorum 12 signorum. Lunae in quibus reperiuntur initia 12 illorum Tchung ki sunt 12 anni Lunae. quando in aliquâ Lunâ non reperitur unum Tchung ki, tunc illa Luna non numeratur inter alias 12, sed vocatur jun sue intercalaris Luna.

v:g: in Calendario praesenti, Tchung ki siao man debet esse in 4ª Lunâ. Tchung ki hia tchi debet esse in 6ª. anno Chr: 1764, imperatoris regnantis 29°, inter illa duo Tchung ki reperta est Luna quae non habet Tchung ki. haec Luna fuit intercalaris quasi 2ª 4ª Luna, quam vocant jun sse sue, intercalaris quarta Luna. post illam intercalarem numeratur 6ª Luna in qua est Tchung ki hia Tchi.

Sinae numerant imperatorum suorum annos.

Sinae numerant annos suos ab annis a quibus imperator solium conscendit. v:g: annus praesens Chr. 1766ᵐ est 20ᵐ imperatoris Kien Lung, quia a 20 annis Kien lung est imperator. hic porro advertendum, 1° aliquos imperatores mutasse annorum suorum nomen et incepisse de novo numerare annos regni sui, quasi

si recenter conscendissent solium : v.g. Dynastiæ quen imperator vou ty decies mutavit annorum suorum nomen, ita ut quando mortuus est numeraretur duntaxat 4um annus, scilicet a tempore quo sumpserat nomen Tching ho; qui annus erat reipsa regni sui 54um, cavendum itaque ne pro imperatore qui habuit varia nomina numerentur plures imperatores, vel ne numerentur anni a quibus novum nomen desumpsit, pro annis illius regni.

initium anni civilis varium sub variis Dynastiis.

advertendum 2o anni civilis initium varium fuisse sub variis Dynastiis. Luna quæ designatur Charactere tse est illa in qua Sol ingreditur 1um gradum Capri et respondet Tchung ki Tung Tchi. Luna sequens Tcheou illa est in quâ Sol ingreditur Tchung ki dictum Siao man, id est 1um gradum amphoræ et sic de cæteris. antè Dynastiam Chang quemadmodum et nunc, 1o anni civilis Luna erat Luna dicta in, in quâ Sol ingreditur Tchung ty yu cheui id est 1um grad. piscium. Sub Dynastiâ Chang assignata est pro primâ anni civilis Lunâ Luna dicta Tcheou, in qua Sol ingreditur Tchung ki Siao man id est 1um gradum amphoræ. Sub Dynastia Tcheou 1o anni Luna erat Luna tse in quâ Sol ingreditur Tchung ki Tung Tchi id est 1um grad. Capri. profligatâ Dynastiâ Tcheou Regni Tsin Principes et primi imperatores Dynastiæ han pro 1o anni sui Lunâ assignaverunt Lunam Hay in quâ Sol ingreditur Tchung ki Siao Siue, scilicet 1um grad. Sagittarii. deindè circa annum ante Chr. 104, ejusdem Dynastiæ han imperator vou ty restituit primævam legem assignandi pro 1o anni Lunâ Lunam in in quâ Sol ingreditur 1um gradum piscium : quæ lex usque nunc durat.

quatuor anni tempestates. v. T. I

Sinæ distinguunt quatuor anni tempestates quas vocant Sse ty. 1o quam vocant Tchun, sive ver comprehendit spatium temporis quo Sol percurrit a 15o gradu amphoræ ad 15um Tauri. 2o quam vocant hia æstatem, comprehendit spatium temporis quo Sol percurrit a 15o Tauri usque ad 15um Leonis. 3o quam vocant Tsieou autumnum, comprehendit spatium temporis quo Sol percurrit a 15o Leonis usque ad 15um Scorpii. 4o quam vocant

Tung, hiemem comprehendit spatium temporis quo Sol percurrit a 15° Scorpii usque ad 15m Amphoræ.

Tres primæ anni Lunæ assignantur tempestati Tchun. tres sequentes assignantur tempestati Hia. tres aliæ tempestati Tsieou. tres ultimæ tempestati Tung. harum quatuor tempestatum 1ª Luna vocatur Meng. 2ª vocatur Tchung. 3ª vocatur Ki. ita ut v.g. Luna quæ vocatur Meng Tsieou, sit 1ª Luna tempestatis Tsieou quæ nunc est anni 7ª Luna.

hic adhuc advertendum nomina Tchun, Hia, Tsieou, Tung (quæ vertuntur Europæâ linguâ ver, æstas, autumnus, hiems) quando conjunguntur Lunis, non habere eum sensum: v.g. quando dicitur Luna Tchun, sensus non est quod sit Luna veris. Lunæ quæ vocantur Hia dici non debent Lunæ æstatis. Et quamvis enim hoc habere posset locum in Calendario ut nunc est ordinato, locum certè non habere poterat in Calendario ut erat ordinatum sub Dynastiis Chang, Tcheou et initio Dynastiæ Han. v.g. cum Luna Tse in quâ est Solstitium hybernum esset anni 1ª sub Dynastiâ Tcheou et 1ª ex illis quæ vocabantur Tchun, scilicet Meng Tchun, non poterat certè nominari 1ª Luna veris, sed 1ª Luna 1ª ex quatuor divisionibus Lunarum anni.

Paulo post æram Christianam jam noverant Sinæ annum solarem esse minorem anno juliano, et spatia temporis inter æquinoctia et solstitia non esse æqualia: nihilominùs usque dum Europæi ingrederentur Tribunal Mathematicum, Sinæ ita ordinabant suas quatuor anni tempestates. Scilicet inventis per calculum solstitiis hiematibus, spatium inter duo solstitia hiematia dividebant in 24 partes æquales pro 24 tsie ki et tchung ki, non attendendo ad æquationes temporis. et consequenter ad illam ordinationem mediam suorum Tchung ki ordinabant suas Lunas. Duntaxat in 6 et 8° calculabant motum verum ☉ et ☾. ad hoc sane attendere debet qui vult Chronologiam Sinicam per se examinare: alioquin si calcularet Tchung Ki juxtà motum ☉ verum, non assignaret anni lunas quemadmodum olim assignatæ sunt.

noverant Sinæ æquationes temporis: sed illarum rationem non habebant.

§ 2ª

28 Constellationes Sinicæ vulgo eul che pa Sou. T Iª

28 Constellationes

Quamvis in authoribus antiquis referantur aliquot nomina illarum Constellationum et supponatur illarum ordinatio, Lou pou ouei qui florebat 250 antè Chr: annis, primus est qui referat illarum 28 Constellationum catalogum completum.

Spatium quod 28 Constellationes occupant in æquatore.

anno antè Chr. 104° sub imperatore han vou Ty, mentio fit de spatio quod illæ 28 Constellationes occupant in æquatore: sed probabile est spatium illud jam fuisse multo antè determinatum. Spatia quæ occupant 28 Constellationes, si addantur simul, efficient 365 grad. omissum est $\frac{1}{4}$ gradus, siquidem ab omni memoriâ circuli divisio sinica omnino relativa fuit anno juliano 365 dierum $\frac{1}{4}$. Spatiis illis quæ apposuimus in T. Iª addidimus latitudinem et longitudinem Iª gradûs singularum constellationum pro anno præsenti 1755.

a tempore quo Europæi ingressi sunt Tribunal Mathematicum, Constellatio tse vel tsoui sita est post Constellationem Tsan et est 21ª incipiendo per constellationem Kio. antea tse erat antè Tsan et numerabatur 20 incipiendo per Kio.

28 Constellationes assignantur 4ºr anni tempestatibus.

28 Constellationes dividuntur in 4ºr partes juxta 4ºr anni sinici tempestates, ita ut unicuique tempestati assignentur septem.

4ºr ex illis designant æquinoctia et solstitia.

in 4ºr illis divisionibus medium obtinent Constellationes fang, hiu, mao, sing. fang designat æquinoctium autumnale, hiu solstitium hiemale. mao æquinoctium veris. sing solstitium ~~hiemis.~~ æstatis.

a quâ constellatione incipiant numerare.

incipiunt numerare illas 28 Constellationes a Constellatione Kio, quæ est Iª septem illarum quæ assignantur pro tempestate Tsieou scilicet Autumnali: aliqui tamen Catalogi incipiunt per Constellationem Teou quæ Iª est septem illarum quæ assignantur pro hieme: sed in omnibus authoribus eædem sunt pro 4ºr tempestatibus et Constellationes fang, hiu, mao, sing, designant eadem æquinoctia et solstitia.

ex loco illarum Constellationum ad annum 1755 quem apposuimus in T Iª, patet

Constellationes quæ in suâ 1ª institutione designabant æquinoctia et solstitia, jam amplius illa non designant.

multum abesse ut Constellationes fang, hiu, mao, sing designent nunc æquinoctia et solstitia quæ designabant in suâ 1ª institutione. Si certò constaret de quantitate motûs stellarum versùs orientem et de accuratione quâ cum fang, hiu, mao, sing assignata sunt pro æquinoctiis et solstitiis, erui posset epocha temporis quo constellationum ordinatio facta est: nihilominus apparet ordinationem illam esse maximæ antiquitatis, et patebit ex libri Chou king capite yao tien constellationes fang hiu mao sing jam designavisse æquinoctia et solstitia tempore principis yao, id est 2300 et amplius ante Chr. annis.

tempore Han vou ty, 100 circiter ante Chr annis, planetarum et stellarum locus nondum referebatur ad ecliptiam, nec dum bene notus erat motus fixarum versus orientem. tunc temporis hybernum solstitium assignatum est ad 26 grad. constellationis teou. Principes Sinæ melius assignaverunt solstitium, notitiam habuerunt motus fixarum, et astrorum motus retulerunt ad æquatorem et ecliptiam.

§ 3ª

De Cyclis.

Cyclus 27 annorum.

annus Chr: 626 fuit 1ª regni imperatoris Tay Tsung ex Dynastiâ Tang, qui regnavit 23 annis. tempore hujus principis Occidentales exteri dederunt Sinis notitiam unius cycli 27 annorum. cyclum illum exprimunt per duos characteres 紫氣 tsi ky. amiserunt hujus cycli traditionem et usum, nihilominus illum reponunt in ephemeridibus suis et referunt ad constellationes illius motum quem dicunt absolvi intrà 27 annos.

anno præsenti 1755 dies 11ª februarii fuit dies 1ª 1ª Lunæ anni 20ª imperatoris Kien Lung. dies illa in cyclo sexagenario habet characteres y hay. ephemerides Sinicæ assignant tse ki tempore mediæ nocis in constellatione teou, 4° 17'. die 11ª ejusdem Lunæ assignant tse ki in constellatione eâdem teou 4° 37', ita ut motus diurnus tse ky sit 2' 6" et aliquot '''

Cyclus 27 dierum.

ephemerides Sinicæ habent etiam unum cyclum 27 dierum quem designant per

28 Constellationum Characteres. dies 11a februarii anni 1755 est dies martis. in Ephemeridibus Sinicis illi diei assignatur Character ouei. Characteres Sang, mao, Sing, hiu, semper respondent diei Dominicae. vide in T: Ia quibus diebus respondeant alii Characteres. illorum Characterum ope semper dignosci poterit quibus hebdomadarum nostrarum diebus respondeant dies Sinici. Sed ille Cyclus 28 dierum neque est multum in usu, neque magna antiquitatis. probabile est ortum habuisse a Christianis qui erant in Sinis tempore Dynastiae Tang.

Cyclus Sexagenarius. v: T. I.

famosus est apud Sinas Cyclus Sexagenarius quem vocant Kia tse a duobus primis hujusce Cycli characteribus. componitur ex duobus Cyclis, uno decennali quem vocant che kan decem radices, et alio duodenali quem vocant che eul Tchi, 12 ramos. illi 12 rami sunt 12 characteres qui applicantur 12 diei divisionibus. illi duo cycli ita inter se invicem combinantur ut 10 kan sive radicibus, sexies applicatis cum 12 Tchi sive ramis quinquies repetitis, exsurgant 60 combinationes, in quarum 60a, 10um kan correspondet cum 12o Tchi. hic est famosus apud Sinas Cyclus vulgo dictus Kia tse.

Cyclum illum Sexagenarium applicant Sinae annis mensibus et diebus. annus Chr: 1744 designatus fuit per Characteres Kia tse, primos Cycli Sexagenarii, quorum ultimi Keui hay designabunt annum 1803, et anno 1804 incipiet alia periodus.

dies 11a februarii hujusce anni 1755 est 1a dies 1a Lunae 20i anni imperatoris Kien Lung. ille annus in Cyclo Sexagenario est annus y hay. prima Luna habet Characteres Cyclicos su in; diei vero characteres Cyclici sunt y hay. diei sequentis 12a februarii characteres sunt ping tse 2l

vidimus supra 12 Tchi, sive 12 diei Sinicae divisionibus applicari 12 nomina animalium. Characteri hay applicatur nomen porci: ideo annus 1755 y hay vocatur annus porci.

non constat utrum Sinae ante Chr: usi fuerint Characteribus Cycli Sexagenarii ad designandum annos: sed constat in usu fuisse ad designandos dies. a tempore imperatoris

Tay Kia circiter 1750 ante Chr: annis, Liber Chou King refert illos characteres Cyclicos diebus assignatos.

vidimus supra Cyclum 12 Tchi solum et a Cyclo Sexagenario sejunctum esse in usu pro diei divisionibus, pro Lunis 2C. cyclus vero 10 Kan sejunctus a Cyclo Sexagenario non videtur fuisse in usu.

ex variis illis Cyclis, duodenarius et Sexagenarius multum usui esse possunt pro Chronologiâ, si adhibeantur cum cautionibus requisitis, ut patebit exemplis sequentibus.

§ 4ª

usus cyclorum in Chronologiâ Sinicâ.

1º quando comparantur anni Sinici cum Europæis attendendum est ad initium anni Sinici: v:g: annus præsens 1755 respondet anno 20º imperatoris Kien Lung. porro annus ille 20ᵘ imperatoris Kien Lung non incipit nisi 11ª mensis februarii, ita ut totus mensis januarius et 10 primi dies februarii anni 1755ⁱ respondeant adhuc anno 19º imperatoris Kien Lung, qui annus 19ᵘ in Chronologiâ respondebit anno Chr. 1754.

2º. ut habeatur initium anni Sinici, distribuendæ sunt variæ anni Sinici Lunæ, denominando illas a Tchung Ki quod Sol in illâ Luna ingreditur. ut vidimus supra, ab anno 1650 quo Sinæ adoptaverunt Astronomiam Europeam, ordinant illi suas Lunas juxtà verum Solis ingressum in 12 Tchung Ki, quorum initia respondent nostrorum 12 Signorum initiis, ita ut propter variam Solis moram in variis Zodiaci divisionibus, tempus variis illis divisionibus respondens sit inæquale. contra vero illi antè annum 1650, tempus inter duo Solsticia hyberna dividebant in 24 partes æquales pro 12 tsie Ky et 12 Tchung Ki, et consequenter ad illam divisionem ordinabant suas Lunas. itaque ab anno 1650 ordinandæ sunt Lunæ Sinicæ juxta ingressum Solis in Signa, per tabulas Europæas calculatum. ante annum 1650 tabulæ

Europeae inservient ad reperienda Solstitiorum Hybernorum tempora, quibus habitis, ut habeantur singula Tchung ky, addenda erit duodecima pars anni juliani tot vicibus quot unitatibus quodcumque Tchung ki distat a Solstitio hyberno. distantias illas exhibet Tabula VII^a.

jam vero anni Sinici Lunis juxtà Tchung ki cui respondent ordinatis et juxta ordinem suum denominatis, ut habeatur I^a anni Luna, attendendum est ad Dynastiam cujus erat ille annus. nunc I^a anni Luna est Luna designata characere duodenali in, in quâ Sol ingreditur Tchung ky yu Choui scilicet I^a gr. piscium. sed vidimus supra § I^a sub variis Dynastiis variam fuisse I^am anni Lunam. itaque in ordinandis Lunis ne confundantur initia anni Sinici, sed habeatur ratio Dynastiae sub quâ quaeritur Lunarum ordinatio.

4° Cyclus Sexagenarius applicatur tum diebus tum annis. quandonam inceperit applicari annis incertum est. videtur non altiùs repetendam esse illius originem quam circa aeram Christianam. in praesenti libro Chou king nulla fit mentio illius Cycli Sexagenarii applicati annis.

usus Cycli Sexagenarii dierum in Chronologia

5° Cycli Sexagenarii applicati diebus mentionem facit Chou king a tempore Principis Tang kia. comparando illos dierum characteres Cyclicos cum diebus Europeis quibus respondent, indè multum lucis oriri potest pro Chronologiâ: ità porrò institui potest comparatio.

annus julianus habet 366 $\frac{1}{4}$ dies. ideo post tres annos 366 dierum intervenit annus bissextilis 366 dierum. in 20 hujusmodi annis numerantur 29220 dies quae exactè dividuntur per 60, ac proinde post periodum 20 annorum iidem characteres Cycli Sexagenarii redeunt ad eosdem anni juliani dies. Si igitur pro unâ periodo 20 annorum habeantur characteres Cyclici qui conveniunt I° januarii anni juliani, habebuntur etiam characteres Cyclici pro I° januarii cujuscumque anni juliani

T. IV

tum ante Chr, tum post Chr. modo Scitatur quotus ille annus reperiatur in periodo 80 annorum. Tabula II^a exhibet pro pluribus tum ante tum post Chr. annis quot sint in Cyclo octogenario cujus Epocha fingi potest ad libitum. jam vero semel habitis I^a januarii Characteribus Cyclicis, ope Tabulae V^a facilè haberi possunt Characteres Cyclici pro aliis anni diebus.

v:g: volo videre quinam Characteres Cyclici conveniant I^a januarii juliani anni hujus 1755. annus ille 1755 est 75us in periodo 80 annorum, quae incepit anno 1680, qui annus periodi 75us habet Characteres Cyclicos y Se. ergo I^a januarii juliani anni 1755 habet Characteres Cyclicos y Sse. I^a januarii juliani est 12^a anni Gregoriani. ergo 12^a januarii in Calendario nostro Gregoriano habet characteres y Sse. volo videre quinam characteres conveniant II^a februarii ejusdem anni, quae dies fuit I^a I^a Lunae anni. 20 imperatoris regnantis. a 12^a januarii usque ad II^am februarii sunt 30 dies. Characteres Cyclici y Sse in Cyclo Sexagenario sunt numero 42. si addantur 42 + 30, summa erit 72 quae si dividatur per 60, residuum erit 12 cui conveniunt Characteres cyclici y hay. ergo II^a februarii anni 1755 habet Characteres Cyclicos y hay.

Notae illae Cyclicae dierum applicatae maximi sunt usûs in Chronologiâ si conjungantur cum die et numero Lunae. v:g: dies y hay qui hoc anno est I^us I^a Lunae, nonnisi post multas revolutiones Lunae recurret ad diem I^am I^a Lunae. multo majus intervallum requiretur, si cyclicae dierum notae applicentur conjunctionibus et oppositionibus. exempla Epocharum quas erutimus ex illis notis Cyclicis passim reperientur in adnotationibus.

Exemplum modi quo ante Europaeorum ingressum in Tribunal Mathematicum, Lunae ordinabantur.

ad ordinandas v:g: Lunas anni ante Ch: 2155, quaero Solstitium hybernum maxime vicinum initii hujus anni.

videatur in fine calculus juxta Tabulas halleii.

initio anni antè Ch: 2155, sive potius die 31ª decembris anni ante Chr: 2156ⁱ in meridie, Solis longitudo vera erat 8ˢ. 22°. 41'. 51''. 22''' quae detracta ex puncto Solstitii 8ˢ. 29°. 59'. 59''. 60''', remanent 0ˢ. 7°. 18'. 8''. 38'''. desunt igitur circiter 7 dies a tempore Solstitii.

initio anni 2155; apog: ☉ est 1ˢ. 2° 41'. 20''. 0'''. motus apogei pro Septem diebus est 1'' 10''' quae addita Summae praecedenti dant 1ˢ. 2°. 41'. 21''. 10''' pro apogeo ☉ in tempore Solstitii, quae subtraho ex 8ˢ. 29°. 59'. 59''. 60''', remanent 7ˢ. 27°. 18'. 38''. 50''', pro anomalia Solis in tempore Solstitii. aequatio quae convenit illi anomaliae ex tabulis est additiva longitudini. 1°. 39'. 1''. illam subtraho ex anomaliâ modo inventâ et remanent 7ˢ. 25°. 39'. 37''. 50''' pro anomaliâ Solis aequatâ in tempore Solstitii.

cum illâ anomaliâ aequatâ sumo in tabulis aequationem quae illi convenit scilicet 1° 37' 12'' additivam longitudini mediae. tum hanc aequationem, tum inventam modo ☉ longitudinem 8ˢ. 21°. 13'. 27''. 22''' subtraho ex puncto Solstitii 8ˢ. 29°. 59'. 59''. 60''' et remanent 7°. 9'. 20''. 38''' pro distantia ☉ a Solstitio. huic motui respondent 7 dies. 6ʰᵒ. 14'. 48''. ergò Solstitium evenit die janu. 7ᵈ. 6ʰ. 14'. 48'' quam proximè: siquidem.

longitudo ☉ vera pro illo momento ex Tabulis supputata est 8ˢ. 0°. 0'. 3''. 10''' ergo momento modo assignato Sol praeterierat punctum Solstitii arcu 3'' 10''' cui respondent 1' 17'' temporis quae subtracta ex illo momento dant Solstitii veri tempus medium jan. - 7ᵈ. 6ʰ. 13'. 30''

Merid: Tay Kang hien pro quo supputatur Solis locus est orient: merid: grenov: 7ʰ. 39'. 20''

ergo pro tempore medio Solstitii veri in urbe Tay Kang hien an: ante C. 2155. datur jan. 7ᵈ 13ʰ. 52'. 51''

jam vero habito momento Solstitii, habetur quilibet Tchung ki, addendo quantitatem dierum quæ unicuique respondet ex Tabulâ VII^a. Tabula vero V^a dabit diem mensis Europæi quâ incidit Tchung ki Sinicum. v.g volo videre quo die anni 2155 evenit Tchung ki Tsieou fen, id est æquinoctium autumn: Solstitii dies est januar. 7^d. 13^h. 52'. 51"

ex Tabulâ VII^a illi Tchung ki Tsieou fen respondent . . . . . 273^d. 22^h. 30'. 0"

Summa erit . . . . . 281^d. 12^h. 22. 55"

cui respondent ex Tabulâ V^a mensis Octobris . . . . . 8^d. 12^h. 22'. 51"

id est æquinoctium autumnale juxta Sinicum calculum evenit an. 2155 octobris mane 9^a. 0^h. 22'. 51"

aliorum calculorum exempla reperientur in fine. in omnibus illis calculis usus sum Tabulis Hallei. Tabularum quas apposui aliquarum usum supra explicui: aliæ verò quales sunt Tabulæ ♂ et ♂; Tabulæ dierum in annis julianis ♃ explicatione non indigent.

Antiquissimi Sinarum Annales, sive

Liber Classicus

a 1 b 2 c

尚書 vel vulgatius 書經

Chang Chou — Chou King

3 4

a 尚 (chang), antiquus, augustus, primi ordinis. 2C. b 書 (chou), liber, scribere, narrare 2C

ità per excellentiam designatur liber qui vulgatius vocatur Chou King.

5

c 經 (king), regere, preces, doctrina sana, morum regula 2C. hinc Sinæ suos Canonicos

libros designant nomine King. liber Chou King unus est ex quinque præcipuis quos vocant 五 經 (ou King) 6

Liber Chou King complectitur quatuor partes sive libros, scilicet 虞書。夏書。商書。周書。 7

(yu chou. hia chou. chang chou. tchou chou)

Pars Prima

8 d

虞書

yu chou

9 10

d 虞 (yu) est nomen familiæ ex quâ oriundus fuit imperator 舜 (chun) qui ideò sæpe vocatur

11 虞舜 (yu chun). quamvis in hacce primâ parte agatur tum de imperatore 堯 (yao) 12 ex familiâ 唐 (tang) 13,

tum de imperatore 舜 (chun) 14 ex familiâ 虞 (yu) 15, tum de imperatore 禹 (yu) 16 qui fundavit Dynastiam 夏 (hia) 17:

nihilominus hæc prima pars vocatur 虞書 (yu chou) 18 liber Principis 虞舜 (yu chun) 19, quia scilicet illius

libri author qui scribebat ætate imperatoris 禹 (yu) 20 sed floruerat sub imperatore 虞舜 (yu chun) 21 sibi

in scopum proposuit referre quomodo 虞舜 (yu chun) 22 acceperit imperium ab imperatore 堯 (yao) 23 et contulerit

magnati 禹 (yu) 24. nonnisi indirectè loquitur de imperatoribus 堯 (yao) et 禹 (yu) 25

Liber yu chou complectebatur olim 16 capita: sed injuriâ temporum undecim perierunt.

Caput Ium

26 e

堯典

yao Tien

27 28

e 典 (tien) character ille, inquiunt Sinæ, componitur ex hisce duobus, 冊 (tse) scripta, rationum

libri, 2C et ex 丌 (ki) 29 basis, fundamentum: et propriè significat leges, morum informandorum

regulas, doctrinam ad plurima se extendentem et plurimi faciendam: idò suos canonicos libros vocant 經典 (30) quia inquiunt, talem illi continent doctrinam.
(King tien)

in præsenti capite historicus exponit 1° virtutes quæ eminebant in imperatore yao, 2° bonum ipsius regimen. 3° zelum quocum allaboravit in seligendo sibi successore.

Præfatiuncula a Confucio, ut aiunt excarata.

I. expendamus qualis fuerit antiquus (a) imperator (b) yao! ob præclara quæ patravit facinora, vocatur est 放勳 (31) (c) id est meritis plenus, meritorum cumulus. præclara
(fang hiun)
facinora fundantur in virtute et ex illâ ortum ducunt: in principe yao inerat timor reverentialis quo sibi suisque actionibus indesinenter attendebat: eminebant in illo ingenium perspicax, eruditio vasta et prudens profundumque judicium. cum hæc virtutes essent illi a naturâ insitæ, exercebat illas naturaliter et absque eo quod sibi vim ullam inferret: ideò nihil in illo fictum, nihil fucatum; vera et non affectata inerat illi modestia et in agendis circumspectio, sincera humilitas ac sui despicientia. virtutum illius fulgor emisit radios in quatuor (d) imperii partes; imò tam supra (e) quam infra (f), id est orbem universum penetravit.

a 古 (32) antiquus, prædecessor &c. juxtà dictionarium leou chou tsing ouen, character ille exprimit sanam antiquorum sapientum doctrinam.... aliqui Missionarii contenderunt illum
(Kou)
characterem qui componitur ex duobus aliis 十 (33) decem et 口 (34) os, persona, significare 10 patriarchas qui vixerunt antè diluvium. hæc idea non opponitur ideæ dictionarii modo citati, et ante Europæorum in Sinas adventum excarati. quare porrò princeps yao hîc
(che) (Keou)
vocatur antiquus, quia scilicet, tum hujus, tum duorum sequentium capitum primus articulus juxtà plerosque interpretes, non est libri Chou king textus, sed præfatiuncula a Confucio excarata quando librum Chou king in ordinem digessit. Si verò dicatur cum nonnullis, hunc primum articulum esse ex libri textu; tunc voce 古 (35) vertenda erit sæculi superioris.
(Kou)

b 帝 (36) princeps, Dominus, qui supremam authoritatem gerit, qui cœli vice præest populis, &c.... hoc nomine designatur imperator.
(ty)

37
c 放勳 fang, spargens, diffundens, implens, H. hiun, merita, praeclara facinora ....
fang hiun
saepissime ab authoribus Princeps yao designatur nomine fang hiun.

38
d 四表 quatuor exteriora. ita designantur quatuor orbis vel imperii partes.
sse piao

39
e 上下 suprá et infrá. ita designantur Caelum et terra
chang hia

40
f 格. tum iste Character Sinicus, tum vox Tartarica illi respondens, significant
ke
penetrare phisicè et moraliter: ideò Philosophia dicitur 41 格物 rerum cognitio clara, penetratio.
ke vouo
hic igitur etiam esse potest sensus Principem yao praeditum fuisse profundâ rerum omnium cognitione et intelligentiâ ... vide etiam (673, g).

virtutibus ornat se ipsum, suam familiam, suum regnum, imperium universum.

2 eminentem quâ praeditus erat virtutem manifestavit, efficiendo ut pietas et unio florerent inter novem [a] consanguineos. pietate et unione florentibus inter novem consanguineos, allaboravit ut virtutes efflorerent inter districtûs sui [b] populos. districtûs sui populis jam repercutientibus radios virtutis quos vibraverat in illos, ad pacem et concordiam hortatus est populos [b] universos: et, quod mirum! ipsamet plebecula [c] brevi immutata strictissimis concordiae vinculis coadunata est.

42
a 九族 novem generationes, ab abavo usque ad abnepotem.
kieou tsou

43
b 百姓。萬邦。 scilicet in imperio imperator 44 天子 habebat proprium districtum:
pe sing, ouen pang tien tse
alia imperii regna quorum reguli vocabantur 45 諸侯 pendebant ab imperatore cui obsequium praestabant.
tchou heou

46
c 黎民 nigris capillis populus. ita designantur qui inter plebeculam corporis viribus
ly min
valent, quales sunt juvenes.

jubet hi et ho supputare calendarium.

3. exemplo praedecessorum suorum judicavit imperator yao Astronomiam esse rem maximi momenti: ideo jussit ut duo Matheseos Tribunalis Praesides

47
羲 [a] et 和 cum reverentiâ iis quae ad supremi [b] Caeli dignitatem spectant debitâ
hi ho
referrent in Ephemeridibus [c] et Astronomicis instrumentis [d] observarent vel repraesentarent solem, Lunam, Constellationes [e] et signa [f] Zodiaci, et populis variarum anni tempestatum

ordinem accuratè traderent.

a 羲 和 (48) id est familiæ hi et ho quibus commissa erat rerum Astronomicarum cura.
hi ho

ita familiarum illarum in Matheseos Tribunali institutionem et scopum refert liber 楚語 (49)
tsou yu

imperator 顓頊 (50) ut mederetur superstitionibus quæ sub prædecessore 少昊 (51) invectæ
tchouen hio chao hao

fuerant a 九黎 (52), constituit 南正重 (53) Magistratum Cæli, qui præesset iis quæ spectant ad
kieou ly nan tching tchung

Cælum, scilicet ad Astrorum motum et spirituum cultus. 火正黎 (54) vero constituit Magistratum
ho tching ly

terræ, qui præesset iis quæ spectant ad terram, scilicet ad temporis distributionem et populorum

institutionem. deinceps sub principe yao invectas a 九黎 (55) superstitiones renovaverunt
kieou ly

三苗 (56). ideo yao eadem adhibere volens remedia quæ cum successu adhibuerat olim
san miao

princeps Tchouen hio, familias Hi et Ho confirmavit in muneribus quæ olim habuerant

familiæ 黎 (57) et 重 quarum erant successores et nepotes, ita ut utraque familia cum diverso dignitatis
ly tchung

titulo incumberet in idem in quod incubuerant Tchung et Ly, scilicet in eradicandis Astrologiâ

et aliis quæ a San miao invectæ fuerant superstitionibus et in Astronomiâ promovendâ.

tum ex hisce libri Tsou yu verbis, tum ex dicendis infra in cap: 呂刑 (58) patet illos
lu Hing

qui præerant Astronomiæ etiam præfuisse religionis ritibus. hinc Astronomorum munus

erat maximè honorificum: imò qui illud exercebant erant principes authoritate ac viribus

valentes. itaque non mirum si ad illos ad obsequium adducendos, ut narratur in Cap. 胤正 (59)
in tching

aliquando imperatores coacti fuerint contra illos mittere numerosos exercitus.

b 昊天 (60) vastum, immensum, nullis limitibus circumscriptum Cælum.
hao tien

c 曆 (61) Series temporis. Calendarium. Calendarium supputare.
ly

d 象 (62) forma, exemplar, repræsentatio. illa facere vel illis uti.
siang

e 星 (63) Stellæ, scilicet 28 constellationes in quas sinæ stelliferum suum dividunt.
sing

f 辰 (64) Solis et Lunæ ☌ et ☍, sive loca Cæli in quibus illæ fiunt, id est Zodiacus quem
tchen

sinæ dividunt in 12 partes sive signa quæ respondent 12 characteribus qui designant 12 diei

divisiones. alia est divisio Zodiaci in 24 partes dictas tsie ky. vide T. I^am.

constituit hi Tchung veris præfectum.

4° ad promulgandum populis hunc anni tempestatum ordinem et inquirendum quo pacto cum Calendarii computis concordaret illarum vicissitudo, in quatuor imperii partes distribuit præfectos quorum singuli singulis quatuor anni tempestatibus invigilarent. ita distribuit familiam Hi. jussit 65 a 羲仲 hy Tchung iret habitatum in Orientalibus imperii partibus dictis 66 b 嵎夷 yu y et ibi erecto Tribunali dicto 67 c 暘谷 yang kou id est vallis in quâ sol oritur, exciperet orientem solem cum eâ reverentiâ quâ cum hospitem dignissimum excipi decet. (Scilicet ad observandum quâ Cæli plagâ, quo diei tempore sol oritur) et populis opportuno tempore distribueret labores Orientales, id est verni temporis proprios. quando dies medii sunt, inter maximos et minimos, et apparet stella 68 e 鳥 niao, tunc patet esse medium f veris, scilicet æquinoctium, quod apparet aliundè tum quia populi exeunt de habitationibus suis ubi concluserat illos hiemis asperitas, et passim disperguntur ad instaurandos denuò agriculturæ labores, tùm quia quælibet animalia sollicita sunt de suâ sobole propagandâ et nutriendâ.

a 69 羲仲 hi Tchung Character 70 伯 pe designat familiæ natu majorem, 71 仲 tchung natu secundum, 72 叔 chou verò natu minimum. 73 朱子 tchou tse conjecturam facit illos Hy et Ho quos princeps yao fecit magistratus Cæli et terræ 74 天官 tien koan, 地官 ty koan, esse hi pe, et ho pe, id est familiæ natu majores: quos deindè in quatuor imperii partes distribuit ut observationibus suis confirmarent vel emendarent Calendarii computum esse fratres: scilicet Hi Tchung et Ho Tchung natu secundos, Hi chou et Ho chou natu minimos.

ex hâc in familiis Hi et Ho magistratuum distributione, patet origo magistratuum quorum nomina hucusque manserunt apud Sinas, scilicet 75 天官。地官。春官。夏官。秋官。冬官。中官 tien ty tchun hia tsieou tung tchung

b 76 嵎夷 yu y juxtà interpretes nunc est in districtu 77 登州府 teng Tcheou fou in 山東 chan tung

c 78 暘谷 yang kou lucida vallis, sive locus unde sol oritur. quia sinicum imperium versùs orientem terminaturà mari, et sinæ antiquitùs nullam ulteriùs plagam agnoscebant: hinc illi

fingebant Solem quasi ex valle profundâ oriri. cum deindè notitiam habuerunt ulterioris terræ versus Orientem, vocaverunt illam 日本 79 Solis originem, fontem 2C. ideo Europæi qui
je pen
primùm a mercatoribus Sinicis audiverunt de illo regno, vocaverunt illud japoniæ regnum.

d. 東作 80 orientales labores, id est labores veris: Scilicet Sinæ dividunt horizontem in 12
tung tso
partes quas designant per characteres qui respondent 12 diei divisionibus. boreas respondet 1°
characteri 子 81 cujus divisionis medium, Scilicet 子正 82 designat mediam noctem. Oriens respondet
tse tse tching
characteri 卯 83 cujus medium Scilicet 卯正 84 designat 6am matutinam. meridies respondet
mao mao tching
characteri 午 85 cujus medium Scilicet 午正 86 designat meridiem. occidens respondet characteri
ou ou tching
酉 87 cujus medium, Scilicet 酉正 88 designat horam 6am vespertinam. jam vero Sinæ
yeou yeou tching
aliquando designant quatuor anni tempestates per quatuor puncta mundi cardinalia vel per
characteres qui illis quatuor punctis cardinalibus respondent. Oriente vel characteri 卯 89 designant
mao
aliquando ver. meridie vel characteri 午 90 designant aliquando æstatem. 2C ideo imperator
ou
yao illum quem præfecit veri mittit ad orientales plagas et jubet observare orientem Solem. idò
etiam veris labores dicuntur Orientales. 2C. idem dicendum de aliis tempestatibus.

e 星鳥 91 aliqui dicunt illud sidus non designare unicam constellationem, sed septem illas
sing niao
Constellationes quas in suâ stellifri Cœli divisione Sinæ vocant australes et comprehendunt
generali 朱鳥 92 nomine. alii contendunt designare caudam coturnicis 鶉鳥 93 quæ tunc apparebat
tchou niao chun niao
in crepusculo vespertino. coturnicem autem Chun niao dicunt olim fuisse constellationem
compositam ex aliquot stellis ad orientem Constellationis 星宿 94 quæ constat ex stellis cor
sing sou
Hydræ ambientibus: sed Constellatio Chun niao jam non amplius reperitur in Catalogis.

f. 仲春. 仲夏. 仲秋. 仲冬. 95 Scilicet Sinæ unicuique quatuor anni tempestatum
tchung tchun. hia. tsiou. tung
assignant tres lunas quarum 1a vocatur 孟. 2a 仲. 3a 季. 96 æquinoctia et solstitia sunt semper in
meng. tchung. ki.
lunâ tempestatis 2a dictâ 仲. 97 vide T. Ia et illius explicationem in introd: ad Chronol:
tchung.

constituit hi Chou præfectum astralis.

b præterea jussit 羲叔 98 ire et habitaturus ad plagas meridionales 南交 99 a et ibi erecto
hy chou nan tiao
Tribunali dicto 明都 100 b id est aulâ lucis, aulâ splendidâ, invigilaret mutationibus c
ming tou.

quas tempore aestatis undique sese explicans ac parturiens natura patitur, et reverenter et accuratè observaret quando sol pervenit ad maximam altitudinem meridianam. dies longissimi et apparens stella 101 火 (d, ho) indicant infallibiliter aestatis (e) medium id est solstitium: quod apparet aliundè tum quia populi flagrantissimos habitationum suarum aestus ferre non valentes, disperguntur passim ut in aurâ liberiori captent aliquam refrigerationem, tum quia pellem, pennas, pilos, juxtà suam quaeque speciem animalia singula deponunt.

a 102 南交 (nan kiao) est regnum quod nunc a sinis vocatur 103 安南 (ngan nan) ab Europeis autem regnum Tunquinense. olim sinae vocaverunt illud 104 交趾 (kiao tchi) quia dicebant regionis illius incolas habere duos pedum digitos simul unitos: hoc enim significant illae duae voces kiao tchi.

b 105 明都 (ming tou) aula lucis. illae voces non sunt in textu. interpretes dicunt esse addendas.

c 106 南訛 (nan ngo) mutationes australes, id est aestatis. vide suprà (4. d.).

d 107 星火 (sing ho) aliqui dicunt illud sidus designare septem constellationes orientales vulgò 108 蒼龍 (tsang lung) alii existimant designari mediam ex tribus stellis constellationis 109 心宿 (sin sou) scilicet Antares, sive cor m↗, quae etiam vocatur 110 大火 (ta ho) magnus ignis.

e 111 仲夏 (tchung hia) aestatis medium. vide supra (4. f.)

constituit ho tchung praefectum autumni

6 ita distribuit familiam Ho. jussit ut 112 和仲 (ho tchung) iret habitatum in partibus occidentalibus, et ibi erecto Tribunali sub nomine 113 昧谷 (mei kou) (id est vallis umbrosae, ubi scilicet occidit sol) occidentem solem cum conviviis et epotationibus festivis reverenter (a) deduceret et ordinatè disponeret finitas jam et perfectas autumni (b) productiones. noctes mediae inter maximas et minimas et apparens stella 114 虛 (hiu) (c) indicant infallibiliter autumni (d) medium, scilicet equinoctium; quod apparet aliundè tum quia populi exantlatis aestivi solis caloribus, paululum quiescere et respirare incipiunt; tum quia variae animalium species, aestivo tempore excutae pellem, pilos et plumas denuo induunt.

115
a 寅餞 tsien Significat celebrare festum cum conviviis et epotationibus. Princeps
in tsien
yao jubet in aequinoctio autumnali deduci occidentem Solem cum istis laetitiae Signis, ob maturas jam et collectas terrae fruges.

116
b 酉成 Occidentalem, id est Autumni consummationem. Scilicet autumni tempore jam
Si tching
absolutae Sunt naturae toto anno parturientis productiones. vide (4. d.)

117
c 星虛 est una e Septem constellationibus borealibus quae comprehenduntur generali nomine
Sing hiu
118
玄武 constat ex Stellâ quae est in humero dextro aquarii et ex equulei Stellâ magis meridionali.
hiuen vou
119
d 仲秋 medium Autumni. vide (4. f.)
tchung tsieou

constituit ho chou praefectum hiemis.

120 6
1. praeterea misit 和叔 ad 朔方 id est regiones Septentrionales, ut ibi habitaret,
ho chou chou fang
121
ac Tribunal erigeret Sub nomine 幽都 id est aula obscuritatis. cum hiemis tempore
yeou tou
natura appareat quasi mortua et sopita ut deinceps reviviscat, debebat ille inquirere varias quas hyemis tempore natura meditatur mutationes ac illis prospicere. dies brevissimi et Stella 昴 certo designant hyemis medium, id est Solsticium, quod
c 122
mao
apparet aliundè, tum quia populos frigoris asperitas colligit in habitationibus Suis; tum quia pilos, pellem, plumas et caetera quibus vestiuntur ac frigus praecavent indumenta, quaelibet animalium Species condensant et accrescunt.

123 124
a 幽都 dicunt interpretes esse locum qui nunc dicitur 順天府. Scilicet Pekinum.
yeou tou chun tien fou
vocatur porro vallis caliginum, quia utpote magis borealis quam aliae imperii partes, magis etiam tempore hyemis privatur Solis calore et lumine.

125. 126
b 朔方 Sou vel chou, Significat mutari, reviviscere: ideo dies Iª Lunae vocatur 朔日. quando
chou fang chou je
Sou
Sol descendit ad hyberni Solstitii punctum, natura videtur unâ deficere et cum Sole rursus ascendente
127
unâ reviviscere: ideó hanc in hyberni Solstitii puncto naturae quasi immutationem vocant 朔易
chou y
128
immutationem naturae reviviscentis, et Septentrionales plagas quibus designant hiemem vocant 朔方
chou fang
129
星昴 est una e Septem Constellationibus Occidentalibus quae comprehenduntur generali
Sing mao
130 131.
nomine 白虎. Constellatio 昴 constat ex pleyadum Stellis.
pe hou mao

hîc habetur Epocha undè certò erui potest in quanto pretio ab omni antiquitate fuerit apud Sinas Astronomia. juxtà Chronologiam annalium Tung Kien Kang mou, imperator yao Solium conscendit anno antè Chr: 2357. hæc epocha ut videbimus deinceps non multùm differt à vero. porrò tunc temporis jam assignantur notæ ad dignoscendas quatuor anni tempestates, quæ notæ quamvis non possint quatuor anni tempestates ad amussim indicare, nihilominùs præsupponunt plures jam anteà habitas astrorum observationes, ex quibus determinatæ fuerant quatuor in Cælo Constellationes quarum apparitio certis loco et tempore determinabat æquinoctia et Solstitia. inter illas 4^or Constellationes disputari potest de duabus primis, scilicet de Constellationibus 鳥 (niao) 132 et 火 (ho), quia earum nomina in Sinicis Stellarum catalogis jam non amplius extant: Sed certæ sunt constellationes 虛 (hin) 133 et 昴 (mao) quarum nomina huc usquè manserunt eadem: immò ut Sinicis Astronomis placet, jam tunc temporis determinatum fuerat Spatium quod unaquæque 28 Constellationum occupat in Zodiaco. liber Chou King nihil dicit de tempore diei quo illæ quatuor Constellationes debebant apparere: Sed Astronomi Sinæ contendunt agi de apparitione illarum in meridiano tempore crepusculi. porrò ex eo quod Sæculis sequentibus non apparuerint in meridiano tempore crepusculi, quemadmodum sub Principe yao apparebant, Astronomi Sinæ inde concluserunt præcessionem æquinoctiorum et revolutionem primi mobilis. 朱 (tchou) 熹 (hi) 134 et alii Dynastiæ 宋 (Sung) 135 historici hanc referunt comparationem quam Astronomi sui temporis, idest 12^i post Ch. Sæculi instituebant inter Stellas quæ tempore yao in unâquâque quatuor anni tempestatum mediabant, et illas quæ mediabant tempore Sung.

	mediabant tempore crepusculi.	Sub yao.	tempore Sung.
136 仲春	æquinoctio verno	137 星鳥	東井二十一度
138 仲夏	Solstitio æstivo.	139 星火	亢 七度
140 仲秋	æquinoctio Autumnali	141 星虛	斗 十一度
142 仲冬	Solstitio hiemali.	143 星昴	壁 一度

videri potest in T. I^a, tum Spatium quod occupant illæ constellationes, tum illarum longitudo Zodiacalis pro anno Ch. 1755°

ex quâ comparatione sic arguunt. Constellationes quæ in æquinoctiis et Solstitiis

mediabant sub Principe yao differunt plus quam 40 gradibus a punctis Cæli quæ mediant sub Dynastiâ Sung. ergo in intervallo 3500 et amplius annorum qui effluxerunt ab yao usque ad Sung, stellæ versus orientem progressæ sunt plusquam 40°. ergo singulis annis æquinoctiorum et solsticiorum puncta moventur versus orientem 40'' et amplius, proindeque absolvent unam integram revolutionem intra 31500 annos.

Bonzius 一行 (144, y heng) celebris Astronomus de quo plura deinceps, floruit sub Dynastiâ 唐 (145, Tang) nono post Chr. Sæculo. præcessionem hanc æquinoctiorum vocat 歲差 (146, Soui Tcha) et dicit unum gradum progredi versus ortum intra 50 annos: gradus porro Sinicus minor est nostro; cum enim Sinæ dividant circulum in 365 $\frac{1}{4}$, proindè 1 grad. Sinicus æquivalet uniûs grad. Europei 59' 8'' 15''' 18''. alii Astronomi aliam assignant periodum: sed fatentur omnes illam nondum esse benè determinatam

Pater Gaubil in suâ Astronomiâ Sinica alicum insistit viam ut ex illis quatuor Cæli punctis quæ indicantur a Principe yao eruat illius Principis Epocham. contendit ille, indè usque ad an: Ch. 1700 erui posse fixas versus orientem progressas fuisse ad minimum 56°, proindèque Epocham Principis yao distare ad minimum 4032 annis ab anno Ch. 1700, adeòque Principem yao extitisse ad minimum 2332 annis ante Ch. Sed

1° quamquam Astromi Europæi vulgo dicant singulis annis fixarum motum versus orientem esse 50'', proindèque unum gradum intra 72 annos et circulum integrum intra 25920. nihilominùs omnes fatentur periodum illam nondum esse certam.

2° an credibile est Sinas adeò antiquis temporibus ita bene versatos fuisse in assignandâ lineâ meridianâ, ut non irreperet aliquis error.

3° quonam crepusculi tempore debebant illa puncta per meridianum transire? varium est crepusculum juxta varios elevationis poli gradus, imo et juxta variam aeris temperiem: tot errorum fontes possunt inducere in errorem non levem pro motu adeo lento qualis est stellarum fixarum: sed aliundè Pater Gaubil probat Epocham Principis yao: nos de illâ deinceps aliquid dicemus in decursu hujus operis.

monet suos mathematicos de anno 366 dierum et lunâ intercalari.

3. his aliisque pluribus quae Princeps adhibebat mediis, proponebat sibi pervenire ad tutam errorisque immunem Ephemeridum supputationem ac tempestatum ordinationem quam cordi maximè habebat: ideò Mathematicos suos suspirans sic alloquitur. vestrum est 羲 (hi) et 和 (ho) (147) determinare quandonam recurrere debeat revolutio (a) uniûs anni qui sit 366 (b) dierum. item determinare quandonam ponenda erit Luna (c) intercalaris, ut quatuor anni tempestatum servetur ordo et annus fiat fixus et stabilis. quando variis humanae societatis occupationibus suo quisque tempore constanter vacabit: tunc in imperio abundabunt opes et efflorebit disciplina.

a 朞 (ki) (148). contractus, terminus, una revolutio sive mensis sive anni. v.g. a 16° hujus Lunae ad 16° sequentis. liber rituum capite ku ly ait centum annos vocari unum ky. juxtà hanc vocis ky significationem, quando dicitur 朞 三 百 有 六 旬 有 六 日 (ki san pe yeou leou sun yeou leou je) (149). Sensus est dari annum intercalarem 366 dierum: quotus porro annus debeat intercalari, quamvis non directe dicatur, aliundè probabile est fuisse quartum et videtur tempore Principis yao notum fuisse solis cursum absolvi intra 365 $\frac{1}{4}$ dies, quia antequam Europaei ingressi fuerint in Tribunal Mathematicum, Sinae dividebant aequatorem et alios circulos in 365 $\frac{1}{4}$ gradus; ita ut solis motui diurno assignarent unum gradum. porro illa divisio adeò antiqua est ut illiûs initium assignari non possit.

b 旬 (sun) (150). est propriè numerale decadum. hîc significat spatium 10 dierum;

c 閏 月 (jun yue) (151). Luna intercalaris. ab omni aevo annus Luni solaris in usu fuit apud Sinas: sed cum 12 Lunationes non adaequent annum solarem, sed ab illo deficiant 11 circiter diebus; indè fit ut 3 x 12 menses Lunares, sive tres anni Lunares deficiant a tribus annis solaribus circiter 33 dies, et proindè pro concordantiâ utriûsque anni solaris et Lunaris, aliquando necesse sit 12 mensibus Lunaribus unum addere qui vocatur intercalaris. intrà 19 annos adduntur septem hujusmodi Lunae intercalares. hanc porro in intercalatione methodum servant Astronomi Sinae.

usque ad ingressum Europaeorum in Tribunal Mathematicum, quamquam Sinae noscerent

Solis anomaliam; nihilominus in civili temporum calculo, incipientes a Solstitio hyberno, dividebant annum Solarem 365 $\frac{1}{4}$ dierum in 24 partes aequales, quarum Singulas assignabant Singulis partibus Zodiaci quem, incipiendo a puncto Solstitii hyberni dividunt etiam in 24 partes aequales quas vocant 152 氣 ki ita ut uni ex nostris Signis respondeant duo Ki. I^um Ki, sive illud quod respondet quindecim primis uniûs Signi Europei gradibus, vocatur 153 中氣 tchung ki; illud vero Ki respondens alteri mediae parti Signi Europaei, vocant 154 節氣 tsie ki. in anno suo Lunisolari numerant 12 Lunas et unicuique Lunae suum assignant 155 中氣 tchung ki ita ut I^o anni Sinici Luna ut nunc est ordinati et ut erat tempore yao, ea sit in quâ Sol ingreditur Tchung Ki cujus I^us gradus respondet I^o piscium gradui. 2ª Luna ea sit in quâ Sol ingreditur arietem. 26 cum porrò Sol motu medio maneat in unoquoque Signo 30 dies et amplius, Luna autem absolvat unam revolutionem mediam intrâ Spatium minus quam 30 dies; inde fit ut aliquando detur Luna in quâ Sol non ingrediatur ullum Signum, sive in quâ non sit prima dies ulliûs Tchung Ki, et haec est Luna intercalaris quae non numeratur inter alias 12, sed retinet nomen illiûs Lunae quam proximè sequitur. v.g: anno 1764 die 30^a lunae 4^a Sol ingressus est Tchung Ki dictum Siao man, cujus I^us gradus respondet I^o geminorum gradui. die 2^a Lunae 5^a ingressus est Tchung Ki dictum hia Tchi Solstitium aestivum, quod respondet I^o grad: 69. inter illa duo Tchung Ki est Luna quae non habet Tchung Ki: haec Luna vocatur 156 閏四月 jun sse yue intercalaris 4^a Luna.

jam vero illiûs antiquissimi characteris 157 閏 jun qui designat intercalarem Lunam etymologia est sanè scitu digna. componitur ex duobus aliis, 158 門 men porta, janua, et 159 王 ouang Princeps. Singulis anni 12 Lunis I^o die mos erat Principem adire templum colendis majoribus destinatum et ibi exercere actus religionis unicuique 12 Lunarum proprios. cum Luna intercalaris inter alias duodecim non annumeretur, Princeps I^o intercalaris Lunae die adibat equidem templum, sed non ingrediebatur ad agendam caeremoniam: duntaxat sese praesentabat ad januam, character 閏 jun est symbolum hujusce ritûs, scilicet Princeps in januâ.

quaerit aliquem qui aptus sit ad populorum bonam dispositionem fovendam ac promovendam.

9 yao populorum animos praeclaris suis documentis ita formaverat ac ad virtutem et ad imperii decus promovendum accenderat, ut nullus non anhelaret ad gloriam sibi praeclaris facinoribus comparandam. igitur maximi erat momenti cavere ne praeteriret hujus bonae populorum dispositionis occasio, et in illorum animis fervorem fovere. ideò Princeps aetate et negotiorum multitudine obrutus, cogitans de aliquo sibi adsciscendo qui posset promovere bonum regimen quod adeò feliciter inceperat, ita suos magnates alloquitur. quis ex vobis inquiret mihi hominem qui sit aptus in hujusce temporis circumstantiis ut illum eveham et utar illiùs operâ. tum unus ex magnatibus nomine 160 放齊 fang tsi, habes inquit in filio tuo a 161 丹朱 tan tchou ingenii perspicacitatem et alia talenta quae exigis. sed Princeps yao quem non obcoecabat filiorum inordinatus amor, inquit. eheu! filii mei ingenium equidem est acre et ad excogitandum solers; sed multiplex et tortuosum, riscarum et contentionis amans: proindeque eo magis periculosum quo magis acutum: deceretne tali homini populorum institutionem committere.[2]

a 162 胤子朱 Tchou, in tse tchou, scilicet 163 丹朱 tan tchou filius Principis yao. in tse verò aliter alii explicant: aliqui contendunt vocem in significare primogenitum, quemadmodum in Galliâ v.g. Delphinus. alii dicunt in esse nomen regni, tse vero esse titulum qui dabatur hujus regni regulis qualis erat Tan Tchou.

quaerit aliquem qui aptus sit ad negotia gerenda.

10 item cogitans de aliquo cujus talenta negotiis imperii gerendis essent apta, sic iterum sciscitatur a magnatibus suis. quis ex vobis inveniet mihi hominem cujus talenta meis, id est imperii negotiis gerendis sint apta? magnas unus nomine 164 a 驩兜 Koan teou praesto est inquit talis homo. 165 b 共工 Kung Kung magistratum actu gerens, versatissimum se probat in omnibus negotiis, plenus est meritis et egregiis facinoribus clarus. sed yao quem decipere non poterat fictae habilitatis apparentia, suspirans ait. quando nihil agendum est, Kung Kung multa promittit. quando agendum est et illi committuntur negotia, omnia turbat et nihil promovet. Kung Kung videtur prae se ferre reverentiam ergâ Caelum; sed adeo superbus est ut ausit se Caelo adaequare.

166 167

a 驩兜 nomen magnatis quem deinde Princeps 禹 misit in exilium.
Kean treou yu

168

b 共工 alii dicunt esse nomen proprium: alii dicunt esse nomen magistratûs de quo vide (32 a)
Kung kung

yao committit magnati pro Kouen curam medendi aquarum inundationibus.

II Sina hunc temporis patiebatur multas aquarum calamitates, sive essent reliquiæ diluvii universalis, sive essent reliquiæ diluvii particularis Sinæ et aliis regionibus adjacentibus. Mencius reparentat aquas undique in imperio diffusas. flumina in alveis nondum coercita passim excurrebant. Stagnantes in pluribus locis aquæ fœtorem noxium exhalabant. terra quæ aquis non erat immersa, plerumque erat paludosa et caliginosa: hinc juncí, vepres et urticæ undique pullulantes suffocabant semina et impediebant ne messes maturescerent. Princeps yao super hasce calamitates ingemiscens et cupiens illis mederi, ita suspirans alloquitur magnates suos, eheu,

169 a b

四岳! diluvii aquæ undique excrescentes totum devastant imperium. fluctus agitati
Sse yo

videntur velle montes obvolvere, immergant colles; immo vero aliquando furiosi videntur Cœlum ipsum velle pertingere et inundare. tanti mali oppressi populi ingemiscunt: esset ne aliquis qui posset illis mederi. Sse yo et alii omnes qui hic aderant sive reguli, sive magnates, una voce conclamant et extollunt meritum filii imperatoris 高陽氏 (170)
Kao yang che

171

dicti 伯鯀: sed Princeps qui in dignoscendo suorum merito aliis erat sagacior,
pe Kouen

suspirans inquit: quantum abest ut Pe kouen sit talis quem existimatis! inobediens est et parentum contemptor, ac proinde munus arduum non potest illi committi. nihilominus Sse yo in sua de Pe kouen bona opinione persistentes inquiunt: probari potest aliquantulum Pe kouen: si non respondeat expectationi, deponetur ex suo officio. yao quem suprema authoritas non efficiebat in opinione sua pertinacem, magnatum suorum opinioni cedens inquit. eat Pe kouen et aquarum inundationibus medendi onus in se suscipiat: verum attendat sibi et recordetur tanti momenti munus. ivit igitur Pe kouen ut aquis educendis allaboraret: sed eventus comprobavit Principis in indole suorum dignoscendâ sagacitatem. novem annis allaboravit Pe kouen, sed frustra et sine ullo felici successu.

yao cog ad se Seu flum in forem: S pultra il experim probat.

172
a 四岳 quatuor yo. ita vocabantur quatuor famosi montes quorum unusquisque erat
Sse yo
situs in unâ quatuor partium in quas imperium erat divisum. illi montes erant quasi Metropolis
ubi gerebantur negotia quae spectabant ad illam imperii partem cujus erant yo. ab illis 4^{or}
173
montibus dictis yo, quatuor imperii partes etiam desumebant nomen yo, scilicet Orientalis, 東岳
tung yo
174 175 176 177 178
Australis 南岳, occidentalis 西岳, borealis 北岳 vel 朔岳. Sub Dynastia 周 addita est pars
nan yo Si yo pe yo chou yo tchrou
179
quinta dicta 中岳 pars media. vide (20, b, i, k, l.)
tchung yo

Sse yo erat etiam nomen magistratûum qui praepositi erant illarum quatuor imperii
partium gubernio. aliqui contendunt Sse yo fuisse nomen magistratûs qui praeerat ceremoniis et
cujus munus erat deducere illos qui veniebant ad aulam obsequium praestaturi.

180
b 洪水 excundans aqua, diluvium. textus ut videri potest ex lineolis quae illum designant,
hung choui
energicè exprimit aquarum inundationem quae montes excelsissimos exsuperabat. Si cum
interpretibus illa inundatio intelligatur de tempore yao, textus non potest verti de verbo ad
verbum: Si enim aquae cooperuissent excelsissimos montes, ubinam habitare potuissent populi:
ideò in versione disci aquas videri velle cooperire excelsissimos montes. Sed mihi videtur dici
posse Principem yao loqui de diluvio praeterito, ita ut sensus sit superesse adhuc reliquias
diluvii adeò abundantis ut aquae excrevissent suprà excelssimorum montium cacumen.

yao cogitat de adsciscendo sibi Chun in successorem: sed antea illum experimentis probat.

12 yao aetatis suae anno 16° conscenderat solium quod occupabat a 70 annis;
laboribus magis adhuc quam senectute fractus. cogitavit de eligendo sibi coadjutore
cujus vires tanto oneri sustinendo non essent impares. Sse yo[a] visus est illi dignus
supra quem conjiceret oculos: ideò Princeps ita illius expiscatur animum. jam à
septuaginta[b] annis ego imperii clavum teneo. Si tu velles obsecundare meae voluntati,
susciperes[c] dignitatem meam et fieres consors imperii mei. vera virtus de se demisse
sentit. Sse yo quia throno dignus erat, ideò se throno indignum judicans, ita
Principem alloquitur. thronum non decet nisi rara et ardua virtus: quae porrò mea
virtus? non possem certè nisi tantae dignitatis fulgorem obscurare, foedare majestatem.

igitur inquit Princeps, indica mihi quem dignum censueris. quamvis obscuro et humili genere ortum, evehas tamen, modo virtutem habeat: ego certe et eveham. tunc omnes unanimi voce sic affantur Principem. in obscurâ et ignobili familiâ 虞 181 adest vir nondum uxoratus, nomine 舜 182 chun: poterit ille Principis vota adimplere. ita est, inquit Princeps, jam ego audivi de illo homine: sed libenter scirem in quo consistat illius virtus. tunc sse yo sic incipit depingere Chun. 虞 183 舜 yu chun patrem habet 瞽 d 叟 184 Stolidum, et hebetem. matris jam dudum defunctæ locum ipsi tenet noverca e versipellis et fallax quæ ementitâ matris apparentiâ, occlusum in corde odium incessanter effundit. fratrem habet dictum 象 185 f Siang quem genuit illa noverca, superbum et arrogantem. inter illos discordiæ fontes nihilominus Chun potest sese in pace et obsequio conservare, virtute suâ parentes illos pessimos emendare allaborat et inter tot adversa numquam visus est ulli naturæ pravo impetui obsecundare. quidquid sit, inquit Princeps de præclarâ illius hominis indole, volo nihilominus illam experimentis inspicere. dabo illi in matrimonium duas g ex meis filiabus et videbo quo pacto se cum illis gerat. fortasse timor continet illum coram patre et matre: sed major familiaritas quæ non dedecet inter uxoratos, dabit illi occasionem prodendi intimos animi sui affectus. his dictis Princeps curat præparari parapherna pro suis duabus filiis quas non dedignatur mittere ad ignobilem 嬀 h 汭 Kouri joui locum ut in uxores adsciscerentur virtuoso Chun. discessuras Princeps salutaribus imbuit monitis et commendat ut attendant sibi et sese semper in timore contineant.

a. 四 187 岳 sse yo si dicatur sse yo hic designare quatuor magistratus, tunc dicendum erit Principem yao sermonem convertisse ad unum ex illis in particulari.

b 朕 188 在 位 七 十 載 tchen tsay oei tsi che tsay. ego solio insideo a 70 annis. yao ætatis suæ 16 anno ex Dynastia regni 唐 189 tang evectus fuerat ad imperii solium: igitur tunc temporis habebat 86 annos. regni 唐 190 tang aula dicitur fuisse ubi nunc est 唐 191 縣 故 城 tang hien kou tching ad Nord est 保 192 定 府 唐 縣 pao ting fou tang hien in Provinciâ Pekinensi. ab illo regno familia Principis yao desumebat suum nomen: ideò vocatur Tang yao.

193
c 命 quod a fato æternâ determinatione provenit. Cæli decretum quo alicui confert
ming
supremam potestatem: imo et imperium ipsum sæpissimè designatur illâ voce ming.

194
d 瞽叟 Kou significat cæcum. ita vocabatur pater principis Chun, non quod reipsa foret cæcus,
Kou Seou
sed quia ineptus, hebes et rationis lumine privatus, pietatem filii sui continuis vexationibus exercebat

195
e 毋嚚 mater vafra. mater illa non erat propria principis Chun mater, sed noverca cujus
mou yn
filius proprius fuit Siang.

196
f 象 filius Kou Seou et novercæ principis Chun, arrogans, superbus, qui fratris sui Chun
Siang
pietatem invidens pluries illi mortem intentavit ut videre est in Mencii libro.

197 198 199
g 二女 duas filias. nomen unius dicunt fuisse 娥皇 et alterius 女莛: sed pater Alenius
eul nu ngo hoang nu ing
ut excuset principem Chun negat per illas voces eul nu intelligendum esse 2as filias, sed filiam natu 2^am

200 201
h 溈汭 rivus qui alluit urbem 平陽府蒲州 in 山西. rivus Kouei joui coalescit ex
Kouei joui ping yang fou pou tcheou chan si 202
duobus rivulis quorum fontes emanant ex monte vicino dicto 歷山. fontium illorum antequam
ly chan
coalescant meridionalis dicitur 溈; borealis vero 汭
203 204
Kouei. joui

Caput 2um

1. 舜典

Chun Tien

in præsenti capite enarrantur 1° eximia quam imperator Chun sibi comparavit virtutis fama. 2° quomodo adscitus fuerit in imperii consortium cum imperatore yao. 3° quantâ sagacitate imperium administraverit et eos qui gerere debebant magistratus selegerit. 4° brevi epilogo enarratur ipsius vitæ summa.

præfatiuncula ut aiunt a Confucio exarata

13 expendamus qualis fuerit antiquus imperator 舜. dictus est 重華. id est
2 3
chun tchung hoa
eminens in omni genere virtutum quæ illum adæquaverunt principi (scilicet yao) sagax et profunda discretio, eruditio eminens, majestas nullatenus austera, sed benignitate et affabilitate temperata, sinceritas omnis fuci expers: uno verbo solida et interna virtus conciliaverunt illi famam quâ permotus yao illum ad solium evexit.

quot virtutum specimina dedit Princeps Chun antequam ad solium evectus fuerit.

14 allaboravit ut efflorerent quinque[a] Societatis humanae fundamentales leges et nullus fuit qui has quinque leges non amplecteretur. commissum est ipsi munus 百[b] 揆[4] pe kouei ad quod spectat negotiorum administratio: et tunc varia imperii negotia in ordine et cum felici successu gerebantur. dum gessit magistratum sse yo, in quatuor palatii januis excepit hospites, scilicet regulos et principes tributarios qui ex quatuor mundi partibus confluebant ad aulam, et tunc in quatuor palatii portis effulgebat tremenda majestas; scilicet nullus erat qui exterius non exhiberet quantum reverentiae ac timoris injicerent illi principis dignitas et magnitudo. quando missus est ad montis[c] radices, id est quando yao commisit illi curam liberandi imperium ab aquarum eluvionibus, et ideò jussit illum perlustrare montes et loca periculosa: impavidus ille quodcumque discrimen adivit: ventos furentes, pluvias, tonitrua numquam expavit vel refugit.

a 五典[5] ou tien. ○ 五常 ou tchang. ○ 五倫 ou lun. ○ 五效 ou kiao. ○ 五品 ou pin. ○ haec omnia significant unum et idem, scilicet quinque fundamentales humanae Societatis leges et reciprocas obligationes, 1° inter patrem et filium. 2° inter principem et subditum. 3° inter maritum et uxorem. 4° inter senes et juvenes. 5° inter amicos. officium erat magistratûs dicti 司徒[6] sse tou quem gesserat Chun, invigilare ut in imperio adimplerentur quinque illae obligationes.

b 百揆[7] pe kouei centum negotia. est etiam nomen magistratûs ad quem spectabat imperii negotiorum administratio, sicut nunc pertinet ad primarium regni administrum dictum 宰相[8] tsay siang

c 大麓[9] ta lou pes montis. dicunt interpretes hîc agi de monte 泰山[10] tay chan vel de magnis imperii montibus locisque periculosis quae peragravit Chun quando yao commisit illi munus liberandi imperium ab aquarum calamitatibus.

yao thronum offert principi chun. chun recusat: nihilo minus yao jubet absolute.

15. yao commiserat illi plurima munera tamquam experimenta quibus posset cognoscere ipsius meritum, de quo tandem certior factus Princeps, sic illum compellat. veni dignissime Chun. experimento probare volui utrum facta tua responderent dictis tuis, et reipsa contulisti verba tua ad praeclara et meritoria facinora. trium annorum[a]

experientia probavit mihi quanta tibi a Cœlo concessa fuerint rerum agendarum adjumenta: tu igitur imperii solium conscende. excusavit sese Chun et volebat cedere illum honorem alicui qui plus haberet virtutis ac talentorum quam existimabat semet ipsum habere; nolebat omnino succedere in imperio: nihilominus necesse fuit cedere absolutæ imperatoris yao voluntati.

yao adsciscit sibi Chun in imperii consortium.

16 itaque primâ die primæ Lunæ Chun excepit[a] finem, id est abdicationem imperatoris yao, in loco dicto 文祖[b] 11 id est templo colendis parentibus defunctis destinato.
ouen tsou

A. 三載[12] yao jam a tribus annis duas ex filiabus suis nupserat principi Chun, commiserat illi varia munera in quibus Chun præclare se gessit ac dedit quarum libet virtutum specimina, ut videri potest in Mencii libro.
san tsai

a. 受終[13] excepit finem. ille principis yao finis non erat proprie regni sui abdicatio, sed potius inter yao et Chun sociabilis imperii consortio usque ad imperatoris yao obitum. ille annus quo imperator yao sibi in imperio socium adscivit Chun, in annalibus assignatur ante Ch. 2285us.
cheou tchung

b. 文祖[14] florens avus. interpretes dicunt hic agi de templo colendis majoribus destinato. scilicet juxta ritum sinicum quilibet in domibus suis habet locum destinatum colendis majoribus suis, qui locus varia sortitur nomina variasque constructiones juxta cujuslibet conditionis gradum. per illustrem avum principis yao intelligitur 黃帝[15] á quo descendebat yao: siquidem juxta librum 世本[16] aliosque historicos, 黃帝[17] genuit 玄囂[18]. hiuen hiao genuit 僑極[19] kiao ky genuit 帝嚳[20]. Ty ko genuit yao: proindeque hoang ty erat principis yao proavus. jam vero, inquiunt interpretes quia imperia dantur a Cœlo, ideo yao voluit adhibere majores suos deprecatores ad consulendum Cœlum, ut de Cœli voluntate circa suum successorem nullus sibi esset ambigendi locus. templum illud 文祖[21] infra vocatur 藝祖[22]。神宗
ouen tsou y tsou chin tsung

Chun specialem adhibet curam in sphæra armillari.

17. exemplo priorum imperatorum, imperator Chun Astronomiæ perfectionem judicavit esse maximi momenti negotium: ideó a primis sui principatûs initiis nihil illi antiquius fuit quam ut accuratè examinaret[a] motuum cœlestium machinam.

unionibus ornatam et gemmarum tubum observandis astris inservientem, ut hujus instrumenti ope disponeret septem b regimina Coeli, id est ut conferendo observationes egregiorum mathematicorum Hi et Ho determinaret accuratè ac repraesentaret Solis, Lunae et quinque planetarum cursum.

23
a. 在璿璣玉衡。 verbo ad verbum. tsay curam adhibuit, attentè examinavit. Ky
tsay Siuen Ki yu heng
instrumentum circulos coelestes repraesentans. Siuen, unionibus ornatum, quia inquiunt in antiquis Spharis Stellae Coeli unionibus repraesentabantur. heng significat propriè bilancis virgam; hîc significat mobilem tubum quasi bilancis virga dispositum. yu ex lapide pretioso confectum.

plerique interpretes ita interpretantur hunc locum, scilicet Principem Chun, ut primum consendit solium, statim ex Sphaerâ armillari ab hi et ho constructâ inquisisse astrorum Coeli dispositionem et aspectum, ut consequenter ad illa initia imperii regimen auspicaretur: Sed ex mero libri Chou king textu, non potest Principi Chun illarum superstitionum nota adiri.

24
b. 七政 Sic vocant solem, Lunam et quinque planetas, quia inquiunt, in statione, directione,
tsi tching
retrogradatione, ortu, occasu, elongatione, approximatione, caeterisque phaenomenis ex quibus benè ordinatis pendet rectitudo qui in Coelis regnat ordo, imitantur agendi rationem Principum qui modò favent modò puniunt, modò permittunt se videri, modò privant suo aspectu, variâque juxta varias circumstantias agendi ratione, constantem in suâ ditione ordinem inveniunt.

Supremo Coeli Domino aliisque Spiritibus dicit.

18. piorum ac religiosorum imperatorum ipsemet pius ac religiosus nepos, ut Coelum et Spiritus tutelares redderent sibi propitios, juxta varios illorum genius illis exhibuit praescriptos religionis ritus. itaque Supremum Coeli Dominum 25 a 上帝 coluit ritu dicto
chang ty
b 26 類 id est non ejusdem ordinis ac alii ritus, sed multo superiori. 27 c 六宗 sex nobiles,
lei lion tsung
coluit ritu dicto d 28 禋 id est ritu qui fit cum corde puro et sincero et qui infallibiliter
in
eos propitios reddat: montium et fluminum Spiritus coluit ritu dicto e 29 望 qui significat
ouang
confidenter colere: reliquorum vero Spiritum multitudinem coluit ritu dicto f 30 徧 id est
pien
universali et omnes illos comprehendente.

a 上帝 (31) (chang ty) Supremus imperator. quis esset Supremus imperator praeter Deum? alibi vocatur 昊天上帝 (32) (hao tien chang ty) immensi Coeli Supremus imperator. 皇天 (33) (hoang tien) imperans Coelum, sive juxta Etymologiam Characteris 皇 (34) (hoang) qui componitur ex illis duobus 自 (35) (tse) Semet-ipsum, et 王 (36) (ouang) rex, hoang tien (34) proprie significat esse se ipso regnans coelum. 天神之尊 (37) (tien chin tchi tchi tsun) coeli Spiritum nobilissimus.

b 類 (38) (lei) creo, species 2C. quia cultus qui exhibetur Supremo Domino sive Chang ty non est ejusdem ordinis ac alii religionis ritus, sed multò superioris: ideò vocatur 類 (39) (lei): vocatur etiam 郊 (40) (kiao)

c 六宗 (41) (leou tsung) Sex nobiles, scilicet Spiritus. interpretes non consentiunt in assignando quid sint illi sex nobiles quos aliqui dicunt esse Solem, Lunam, Stellas, quatuor anni tempora, frigus et calorem, siccitatem et pluviam: quae sex maximo in pretio habentur: ideò Spiritus qui illis praesident singuntur, vocantur sex nobiles. sed quidquid sit circa cultum quem Princeps Chun exhibuit sex nobilibus de quibus in textu, non est fidendum interpretibus qui superstitionibus quibus ipsimet sunt imbuti depravant actum religionis quem exercebat Princeps Chun. quid enim impedit quominus dicatur religionis ritus quos Chun exercuit erga sex nobiles referri ad Supremum Dominum. ita Confucius disserens de Sacrificio 郊 (42) (kiao) quod sit contrarium ad honorandum Coelum, et de Sacrificio 社 (43) (che) quod nuncupatur Sacrificium terrae, dicit in libro 中庸 (44) (tchung yung) cap: 18. 郊社之禮所以事上帝 (45) (kiao che tchi ly che y che chang ty) religionis Caeremoniarum Kiao et che Scopus est colere Supremum Coeli Dominum.

d. 禋 (46) (in) ita vocatur cultus qui corde puro et sincero exhibetur Spiritibus. Character porro ille 禋 (47) (in) est notatu dignus: componitur enim ex illis tribus characteribus, 示 (48) (che) aspicere, 西 (49) (si) occidentalem, 土 (50) (tou) terram. illius significatio juxta dictionaria Sinis respondet cultui quem vocamus latriae. quare porro Sinae ad significandum cultum internum 2C utuntur symbolo quod designat aspiciendum esse occidentalem terram. vellent ne innuere se esse occidentali terra oriundos? vellent ne exprimere idem quod traditio est olim fuisse dictum a Confucio 西方有聖人 (51) (si fang you ching jin) in occidentalibus partibus existit Sanctus homo.

e. 望 (52) (ouang) Sperare, de longe aspicere..... ita vocatur cultus qui exhibetur montibus et fluviis, sive potius illorum Spiritibus. alibi vocatur 旅 (53) (lu). (144 i.)

f. 徧 pien comprehendere. ita vocatur cultus universalis qui exhibetur multitudini Spiritum: quid porro erant illi Spiritus? nonne dici posset tempore Principis Chun eamdem fuisse Spirituum ideam ac illa quam ii qui verum coluerunt Deum habuerunt de Spiritibus tutelaribus quos vocamus Angelos. ita visum est Lerino, Lessio &c

convocatos imperii totius Dynastas in suâ dignitate confirmat

19. quando imperator evehebat aliquem ad reguli vel Principis dignitatem, pro diplomate dabat illi unum 玉耑 choui id est tesseram ex lapide pretioso quae varia sortiebatur nomina variamque formam, juxta illius cui dabatur dignitatis gradum. quintuplex erat Dynastarum, sive regulorum gradus, scilicet 公。侯。伯。子。男。 kung heou pe tse nan pro quintuplici illo gradu quintuplex erat tesserarum species. quotiescumque Dynastae clientelam professuri adibant imperatorem, debebant praesentare suam tesseram quae conferebatur cum aliâ quam apud se servabat imperator, qui inde judicabat utrum esset legitima. imperator deinde pro suo arbitrio mutabat, reddebat vel non reddebat tesseram juxta hominis meritum vel demeritum. Chun itaque ut primum inauguratus convocavit singulos qui in toto imperio existebant Dynastas et resumpsit illorum quinque 玉耑 choui id est juxta regulorum quintuplicem ordinem, quintuplicis formae tesseras quas ab imperatore yao tamquam suae dignitatis diplomata acceperant. siquidem nonnisi ab imperatoris Chun inauguratione convocati propter variam a regiâ ditionis suae distantiam, non potuerant simul et eodem tempore se ad Aulam conferre, necesse fuit ut usque ad primae Lunae finem, singulis diebus exciperet 四岳 sse yo id est Dynastas qui adveniebant ex quatuor imperii partibus et novem Provinciarum singulos Gubernatores[a]. deinde post examen debitum singulis Dynastis reddidit tesseram et tamquam supremam gerens potestatem confirmavit illos in suâ dignitate

a 羣牧 kiun, grex, multitudo: mou, pastor. illo pastorum nomine saepissime designantur Provinciarum gubernatores aliive magistratus.

ordo quem servabat Chun in imperii visitatione.

20 quando occurrebat annus imperii sui Provinciis perlustrandis destinatus, hanc in suâ visitatione imperator servabat methodum. illius anni secundâ Lunâ obibat[a] partes orientales.

quando pervenerat ad montem 岱宗 peragebat ritum dictum 柴 scilicet super
tay tsung tchay
accensa ligna cremabat victimam ad honorandum Cœlum. faciebat deinde ceremoniam
dictam 望 ad colendos montium et fluminum spiritus tutelares juxtà unius cujusque
ouang
gradum. hisce relligionis ritibus peractis, postea excipiebat Orientalis hujusce regionis
Dynastas ac magnates, invigilans ut omnes dignitatis suæ gestarent insignia; talia erant 五玉
ou yu
5e lapides pretiosi, id est tesseræ de quibus suprà ex lapide pretioso factæ; 三帛 tria
san pe
serica, id est serica tripticis coloris quæ Dynastæ debebant offerre imperatori; alii nigrum,
alii cæruleum, alii fuliginosum, quisque juxtà suæ dignitatis gradum. 二生 duo viva,
eul cheng
scilicet primarii ministri dicti 卿 debebant offerre agnum vivum, primarii vero præfecti
king
provinciarum dicti 大夫 debebant offerre accipitrem vivum. 一死 unum mortuum,
tay fou y sse
scilicet litterati et inferiores præfecti debebant offerre phasianum mortuum. hisce
relligionis ergà spiritus et authoritatis erga subditos ritibus peractis; inquirebat de iis
quæ spectant ad politicam disciplinam. utrum quatuor anni tempora et menses
Lunares concordarent cum Ephemeridibus quæ ex aulâ regiâ erant promulgatæ, utrum
in diebus servaretur ordo in Calendario assignatus. utrum toni musici et variæ
mensuræ sive massarum; sive superficierum, sive ponderum non differrent ab
illarum exemplaribus quæ in aulâ regiâ asservabantur. utrum relligiosè observarentur quinque
ritus et officia, utrum in quinque 器 id est quinque variis speciebus rerum quæ
ky
adhibebantur ad exercendos ritus suprà dictos servaretur modus et consuetudo. omnibus
illis in Orientali parte peractis; accingebat se ad aliam excursionem. quintâ Lunâ
obibat Australes partes. quando pervenerat ad Australis partis montem 衡山 eumdem
heng chan
servabat in hujus loci visitatione modum quem servaverat in monte Tay Tsung. octavâ
Lunâ adibat provincias Occidentales, et quandò pervenerat ad occidentalis partis
montem 華山 eadem agebat quæ in præcedentibus. Lunâ undecimâ obibat provincias
hoa chan
boreales et quandò pervenerat ad borealis partis montem 恆山 gerebat se quemadmodum in
heng chan

aliis visitationibus. demum absolutâ totius imperii sui visitatione, reduce ad regiam, antè omnia pergebat ad templum 藝祖 colendis majoribus destinatum et ibi sacrificabat bovem.
y tsou

a 巡守 Sun, circuire, obire, lustrare. cheou, custodita, idest ditiones quæ in custodiam erant commissæ Dynastis. quando imperator visitabat imperium suum, hoc vocabatur Sun cheou.
Sun cheou

b 岱宗 id est 泰山 qui erat occidentalis yo insignitus mons. Situs est in 山東 propè 濟南府泰安州
tay tsung tay chan chan tung tsi nan fou tay ngan tcheou

c 柴 tchay significat propriè ligna ad cremandum. hîc est nomen sacrificii ad honorandum Cælum. accendebantur ligna supra quæ cremabatur victima. ut primum imperator in visitatione suâ pervenerat ad alicujus yo montem insignitum, peragebat illum ritum tchay quem interpretes dicunt fuisse idem cum ritibus Lei sive tciao de quibus supra (IV. b.) id est non additum fuisse nisi ergâ Cælum sive potius Cæli Dominum.

d 望秩 circa ritum ouang, vide (IV, e). tsi significat ordinare, disponere. ouang tsi significat varios religionis ritus juxtâ cujuslibet Spiritûs dignitatem.
ouang tsi

e 協時月正日. hie significat concors, concordare. chi, tempora. yue, lunas. tching je, dies rectificare. Chun inquirebat num in his omnibus sui clientes sese conformarent Calendario ab aulâ promulgato: siquidem apud Sinas est rebellionis nota si Tributarias Principes non utatur vel immutet aliquid in Ephemeridibus ab aulâ acceptis.
hie chi yue tching je

f. 同律度量衡. tung significat unire, esse unum et idem. Lu toni allusio. tou mensura extensionis. Leang, mensura voluminis. heng, mensura ponderis. inquirebat Chun utrum hæc omnia concordarent cum illorum exemplaribus in aulâ regiâ asservatis.
tung, lu, tou, leang, heng

omnes hasce mensuras ducunt Sinæ ex uno tubo dicto 黃重 quem contendunt esse antiquissimum et sub imperatore Hoang ty, id est ferè 2700 an: antè Chr. jam fuisse in usu. longitudinem tubi Hoang tchung dividunt in 90 partes quas vocant 分, unam fen, sive linea adæquat latitudinem unius grani frumenti. 10 fen faciunt unum 寸, sive pollicem.
hoang tchung fen tsun

10 tsun faciunt unum 尺 tche sive pedem qui est ad pedem Parisiensem ut 500 ad 505.
10 tche faciunt unum 丈 tchang. 10 tchang faciunt unum 引 in. ha sunt extensionis mensuræ dictæ
leang. ad mensurandum volumen sic inservit hoang tchung. capacitas illius tubi continet
1200 frumenti grana. hæc 1200 frumenti granorum quantitas vocatur unum 龠 yo. 10 yo
faciunt unum 合 ko. 10 ko unum Ching. 10 升 ching unum 斗 tsou. 10 tsou unum 斛 ho. ha sunt
voluminis mensuræ dictæ ~~tan~~ leang. ad mensuram ponderum sic inservit hoang Tchung. unum yo
sive 1200 grana quæ continet hoang tchung pondere suo æquant 12 銖 tchou. itaque unum tchou est
pondus 100 frumenti granorum. duo yo sive 24 tchou faciunt unum 兩 leang. 16 leang efficiunt
unum 什 kin sive libram ferre similem nostræ. 30 kin faciunt unum 鈞 kun. 4 kun faciunt unum
石 tan unum argenti sinici Leang sive 16ª pars libræ sinicæ æquat valere suo septem libras
cum dimidiâ pecuniæ gallicæ: inde potest institui comparatio. nihil tamen fixum statui potest
de mensuris sinicis, tum quia variant in variis locis, tum quia in ipsismet locis in quibus
deberent esse eædem, sinæ non satis sunt accuratæ. multum abest ut Academicorum nostrorum
accurationem in suis operationibus assequantur.

nimis longum esset dicere quomodo sinæ tubum suum hoang Tchung applicant musicis
tonis. de proposito hoc descripsit P. Amiot in suo de Musicâ Sinicâ tractatu.

g. 五禮 ou ly quinque ritus, qui sunt juxtà interpretes, 1° in festivitatibus exhibere spiritibus
honorem debitum. 2° in funeribus internum dolorem extrinsè manifestare. 3° in disciplinâ
militari allaborare ad assecurandum imperium. 4° hospites et advenas bene tractare ad conciliandum
sibi vicinorum regnorum amorem et quantò necesse erit auxilium. 5° in congratulationibus
aliisque urbanitatis ritibus, ad unicndos invicem populorum animos.

h. 五器 ou ki quinque utensilia. id est quinque res quæ adhibebantur in exercendis quinque
ritibus supràdictis. Scilicet 1° in actibus relligionis ad sacrificandum adhibebantur vasa 簠 簋 fou kouei
2° in funeribus inserviebant vestes lugubres 衰絰 tsoui tie. 3° in disciplinâ militari adhibebantur 干 戈 kan ke scutum
et lancea, arma offensiva et defensiva. 4° in hospitalitate exercendâ adhibebatur signum 旌節 tsing tsie quo

distingui possent hospites benevoli a malevolis et furibus. 5° in congratulationibus adhibebatur species bireti dicti 章甫 (tchang fou). Princeps inquirebat utrum varii illi ritus observarentur.

i 南岳 (nan yo) Australis pars. locus ubi in hac parte negotia gerebat imperator erat mons 衡山 (heng chan)

Situs in 湖廣 (hou Kouang) prope 衡州府 (heng tcheou fou)

K 西岳 (Si yo) Occidentalis pars. locus ubi in hâc parte negotia gerebat imperator erat mons 華山 (hoa chan)

Situs in 陝西 (chen Si) prope 西安府華陰縣 (Si ngan fou hoa in hien.)

l 朔岳 (chou yo) vel 北岳 (pe yo) borealis pars. locus ubi in hâc parte negotia gerebat imperator erat mons 恆山 (heng chan)

Situs in 山西 (chan Si) prope 渾源州 (hoen yuen tcheou)

m 藝祖 (y tsou) idem est ac 文祖 (ouen tsou) de quo suprà (16, b) templum colendis majoribus destinatum.

Scholium. in Astronomiâ Sinicâ videtur quomodo Sinæ stellas suas disponant. polus arcticus supponitur sedes imperatoris 黃帝 (hoang ty) et mundi centrum. ad orientem est unus 帝 (ty) Princeps, scilicet planeta jovis sive ver. ad occidentem alius ty, scilicet planeta veneris sive Autumnus. ad Austrum alius Ty, scilicet planeta Martis sive æstas. ad boream alius ty scilicet planeta Mercurii sive hiems. Sinarum intentio fuit representare aulam in medio imperii et imperatoris visitationes in quatuor imperii partibus. in hodierno calendario æquinoctium autumni semper est in 8ª Lunâ, æquinoctium veris in 2ª. Solstitium hyemis 11ª. Solstitium æstatis in 5ª. porro Astronomi Sinæ dicunt sub Principibus yao et Chun Calendarium fuisse dispositum eodem modo ac nunc est. quod confirmatur adhuc præsenti libri Chou King textu.

mutui cum Dynastis commercii tempus et fructus.

21 intra quinque[a] annos imperator faciebat unam generalem totius imperii visitationem. et quatuor vicibus singuli Dynastæ clientelam professuri ad aulam[b] se conferebant. et sic per non interruptum imperatoris cum regulis et aulæ regiæ cum Provinciis commercium imperator capiebat cognitionem eorum quæ conferre poterant ad imperii decus et utilitatem. qui illi ad dignitates promovendi proponebantur verbo, volebat illos cognoscere ex egregiorum facinorum experimento: qui porro aliis antecellebant, eos remunerabat curru vestibus pretiosis et aliis ejusmodi præmiis.

a 五載 (ou tsay) historici dicunt intra illos quinque annos hunc ordinem servatum fuisse. anno generalem totius imperii visitationem proxime subsequenti, Orientalis yo Dynastæ se ad aulam conferebant. anno 2° Australis partis Dynastæ. anno 3° occidentalis partis Dynastæ. anno 4° borealis partis Dynastæ. demum anno 5° rursus imperator universum perlustrabat imperium et sic non interruptum imperatoris cum subditis servabatur commercium.

b 朝 (tchao) Dynastas ad aulam se conferre, sive ad salutandum imperatorem sive ad præstandum illi obsequium, hoc vocatur tchao.

22 crescit 12 provincias. insignivit 12 montes. fluvius excavavit alveum.

a 肇十有二州 (tchao che yeou eul tchou). crescit 12 Tchou. jam ante principem Chun imperium partitum erat in novem Tchou sive provincias, scilicet 冀州。兖州。青州。荆州。揚州。豫州。徐州。梁州。雍州。 (ki tchou. yen tchou. tsing ... king ... yang ... yu ... su ... liang ... yung tchou.) in illarum novem provinciarum unaquæque erat unus mons designatus provinciæ totius insignis mons. Chun attendens ad nimiam provinciæ Ki tchou amplitudinem, idcò ex illâ provinciâ versus orientem decerpsit montem 恆山 (heng chan) cum regionibus illi adjacentibus ut indè efformaret provinciam sub nomine 幷州。 (ping tchou) ex eâdem provinciâ Ki tchou versus orientem hyemem decerpsit regiones adjacentes monti 醫無閭 (y vou lu) quas crescit in provinciam sub nomine 幽州 (yeou tchou) item ex provinciâ 青州 (tsing tchou) versus orientem hyemem decerpsit regionem dictam 遼東 (leao tung) aliquot alias adjacentes ex quibus effecit provinciam quam vocavit 營州. (ing tchou) in unâquaque trium illarum provinciarum recens erectarum decoravit unum montem titulo insignis provinciæ totius montis. in provinciâ 幷州 (ping tchou) insignivit montem 恆山. (heng chan) in provincia 幽州 (yeou tchou) insignivit montem 醫無閭. (y vou lu) in provinciâ 營州 (ing tchou) insignivit montem 營丘. (ing kiou) in hoc sensu dicitur principem Chun crescisse 12 Tchou et insignivisse 12 montes.... Tchou propriè significat locum aquis obsitum.

b 封十有二山. (fung che yeou eul chan) character fung exprimit actum quo imperator conat aliquem regulo dignitate vel alio titulo honorifico. mos erat ut in singulis quatuor imperii partibus dictis yo designaretur aliquis mons insignis, veluti nunc aliqua urbs designatur totius provinciæ Metropolis. insuper quælibet provincia, sive Tchou ex quibus quatuor yo componebantur habebant etiam suum yo.

quantâ cum æquitate vult infligi supplicia.

23 ad excitandum in populis virtutum amorem, proposuerat præmia. ad incutiendum vitii terrorem posuit illis antè oculos sancita legibus supplicia. quinque erant præcipuæ gravium suppliciorum species. 墨 me characterum indelebilis supra carnem impressio. 劓 y nasus amputatio. 剕 fei amputatio pedum. 宮 kung castratio 大 ta 辟 pi mortis pœna: sed quia in peccatis quæ quinque gravibus illis suppliciis obnoxia sunt, dantur aliquando circumstantiæ quæ minuunt illorum malitiam: ideo sancivit ut quando peccati malitia excusationem admittere posset, mitigarentur etiam pœnæ et quinque[a] supplicia commutarentur in exilium. præter illa pro majoribus delictis sancita quinque suppliciorum genera, pro minoris momenti delictis flagellum erat castigatio in Tribunalibus adhibita, fustis vero adhibita castigatio in Gymnasiis. sancivit porro ut quando culpa duabus hisce pœnis obnoxia excusationem admittere posset, pecuniariâ multâ ambæ pœnæ redimi possent. qui culpam casu et infortunio, non autem ex proposito et cum internâ malitiâ admisissent, sancivit illos esse cum veniâ dimittendos. qui verò suâ vel alterius authoritate freti, constantes in malo nullam emendationis præberent spem, sancivit eos ultimo supplicio afficiendos esse: sed Oh! quantam suadet adhibendam esse cautionem, quantam circumspectionem! dare illum pœnas apparet cum illas exigit. non vult infligi supplicia nisi quantum ipsamet misericordia condonare non patitur.

a 五刑 ou hing quinque supplicia quorum enumeratio facta est in textu. illorum originem et institutionem videas in capite Lu Hing. 841.

æquissimas contra aliquot nebulones pœnas decernit.

24. juxtà quas ille tam sapienter sanciverat reos puniendi pœnas, erant scelerati contra quos non poterat non animadvertere. varias itaque pro criminum quibus erant obnoxii gradu pœnas ab illis expoposcit. 共工 kung kung quem suprà vidimus promittentem plura, nulla vero efficientem, amandavit in locum 幽州[a]. 驩兜 yeou tcheou. hoan teou qui ipsemet pravus et nebulo, pravorum et nebulonum erat consors, coarctavit supra montem 崇[b] tsung 山. 三苗[c] chan san miao expulit in locum 三危[d]. San oei 伯鯀 pe kouen quia negligenter ac sine successu

adimpleverat gloriosum munus quod illi commissum fuerat liberandi imperium ab inundationum calamitatibus, ideò illum catenis onustum in montis 羽山 (e) carcere conclusit. horum ce quatuor nebulonum pœnis nullus fuit in imperio toto qui non applauderet.
yu chan

a 幽州 (yeou tcheou) juxta interpretes quando Chun amandavit Kung Kung, imperium nondum fuerat partitum in 12 Tcheou, proindèque nondum existebat provincia yeou Tcheou. ergo sensus erit Kung Kung amandatum fuisse in locum qui post additionem trium provinciarum comprehendebatur in provinciâ yeou Tcheou. locus ille dicitur, fuisse 遼東 (leao tung)

b. 崇山 (tsung chan) dicunt aliqui montem illum esse in 湖廣 (hou kouang) prope 澧州 (fung tcheou).

c 三苗 (san miao) juxta Tso Tchouen, San miao est nomen uniûs duntaxat regni et principis, non vero trium regnorum aut principum. regnum illud juxta nonnullos situm erat in partibus occidentalibus. Geographia Ta Tsing y tung tchi illud reponit in 湖廣 (hou kouang) in districtu 長沙府 (tchang cha fou) et 岳州 (yo tcheou). quidquid sit de illiûs regni situ, certum est ex historiâ populos San miao vel oriundos fuisse ex 九黎 (kieou ly) vel saltem renovavisse turbas a Kieou ly sub principe 少昊 (chao hao) excitatas. scilicet ex vanâ astrorum contemplatione futura addivinantes, præstigiis magicisque artibus populos seducebant ac in illorum cordibus rebellionis ac independentiæ ignem accendebant. jam vidimus suprà quo pacto illi pesti remedium afferre tentaverit princeps yao. nunc etiam princeps Chun sævit iterum contra illorum principem. vide supra (.3.a) et inferiùs (849, m)

d 三危 (san ouei) nomen montis ad orientem æstivum 安西廳沙州衛 (ngan si ting cha tcheou ouei) in 陝西 (chen si) quia mons ille tres habet apices maximè præruptos, ideo vocatus est San ouei tria pericula.

e 羽山 (yu chan) mons in provinciâ 江南 (kiang nan) prope 淮安府海州贛榆縣 (hoay ngan fou hay tcheou kan yu hien)

f 天下 (tien hia) infrà Cœlum. ita sinæ designant imperium suum.

25. vigesimo octavo anno a principis Chun in regni consortium electione, imperator yao supremum obiit diem. populi omnes pro illo tamquam pro patre et matre defunctis fuerunt in luctu per tres annos. intra quatuor maria siluerunt omnes festivi concentus

et octo Musices toni. exacto luctûs triennii tempore, die primâ primae Lunae, Chun adivit templum ouen tsou majoribus suis parentaturus.

a 殂落 ascendit et descendit. ita exprimitur mors imperatoris yao, quia, inquiunt interpretes, in morte substantia spiritualis dicta 魂 ad Coelum tendit: ideo dicitur tsou ascendit. substantia vero materialis dicta 魄 revertitur ad terram: ideo dicitur lo descendit. quando porro dicitur imperatorem yao obivisse 28° anno, sensus est ab illo tempore quo adsciverat sibi principem Chun in imperii consortem. 18° aetatis suae anno, yao evectus est ad solium. 70° imperii sui anno et proindè aetatis 86° cogitavit de successore sibi adsciscendo et oculos conjecit in yu Chun quem antea probavit tribus annis. igitur imperii sui 73° et aetatis 89° adscivit sibi Chun in imperii consortem. 28 annos postea obivit: ergo obivit anno imperii sui 101° et aetatis 117° circa annum ante Ch. 2258.um

hortatur magistratus ut invigilent in dignoscendis populorum meritis ac allaborent in sublevandis eorum calamitatibus.

26. relligionis ritibus erga defunctos principes peractis, princeps Chun de imperii regimine consulturus convocat 四岳 et alios magnates quos ita alloquitur. qui eximiis a naturâ ornati sunt virtutibus ac talentis saepissimè in montium sylvis vel in humili ac obscurâ conditione latent: princeps illos secernere non potest. vestrum est et aliorum qui in imperio praesunt Magistratuum illos inquirere, dignoscere et mihi ad munus ad quod apti erunt evehendos proponere. pateant[a] igitur quatuor portae quibus illi ex quatuor imperii partibus accessum ad me habeant. praeterea populi expositi sunt frigoris, pluviae, famis, morborum aliisque hujusmodi innumeris calamitatibus: vestrûm est etiam dignoscere illas calamitates et illis mederi: pateant[b] igitur quatuor oculi ut undequâque videri ac curari possint populorum miseriae. pateant[c] quatuor aures dolentium populorum quaerelis ac lamentationibus

a 闢四門 aperiantur quatuor portae. methaphora cujus sensus est ut qui talentis pollent quamvis ex obscurâ et humili conditione, ex quatuor imperii partibus aditum habeant ad principem.

b 明四目 perspicaces fiant quatuor oculi ad dignoscendas populorum miserias et illis medendum.

c 達四聰 penetrentur quatuor aures, scilicet populorum dolentium querelis et lamentationibus.
ta sse tsung

12 provinciarum gubernatoribus commendat populorum institutionem.

27. Deinde sermonem dirigens ad 12 牧 id est 12 pastores, scilicet 12 provinciarum gubernatores.
mou
ita illos alloquitur. ut alimenta abundent populis, in terræ frugum culturâ servetur temporum ordo. benignè et affabilitèr tractentur exteri, patrii erudiantur, virtus evehatur ad dignitates. confidatur probitati, arceantur nebulones et improbi, et ita ipsimet meridionales exteri dicti 蠻夷 A sese tam sapienti regimini subdent.
man y

Chun præponit yu imperii negotiis

28. Chun prædecessoris sui vestigiis insistens, maxime cordi habebat imitari ipsius in conferendis muneribus sagacitatem. Sic igitur consuluit sse yo et alios qui aderant magnates. Si esset aliquis rerum gerendarum adjumentis à naturâ dotatus, qui posset florentes imperatoris yao annos renovare et propagare, conferrem illi munus 百揆 ut
pe kouei
imperii negotiis penitùs introspiciendis animum applicaret ac singula ad felicem exitum perduceret. quotquot aderant magnates, omnes unâ voce conclamarunt. nepos imperatoris 高陽氏 dictus 伯禹 a qui nunc exercet munus 司空 b tanto muneri non est impar.
kao yang che pe yu sse kung
ita est, inquit Chun, hominis illius talenta jam pridem noveram. tum statim ita alloquitur yu. aquis passim per imperium exundantibus, tu aquas ac terram ad libellam exegisti. valuisti succurrere tot ac tantis sub quibus imperium totum ingemiscebat calamitatibus. poteris cum successu gravissimum pe kouei munus gerere. igitur in illo adimplendo vires omnes omnemque diligentiam adhibeas. pe yu viribus suis diffidens ac muneri tanto imparem se arbitratus, capite reverenter usque ad terram demisso excusat sese et rogat imperatorem ut potius conjiciat oculos in 稷 c, 契 d et 皐陶 e.
tsi sie kao yao
ita est, inquit princeps. tres illi viri eximiis equidem ornati sunt talentis: nihilominus jubeo ut pe kouei munus ineas et exequaris.

A 蠻夷 proprié exteri australes: sed hic sumuntur pro quibuscumque exteris.
man y

a 伯禹 nepos erat imperatoris kao yang che. quia erat regni 崇 Dynasta cum titulo 伯
pe yu tsung tchung pe
ideò vocatur pe yu. successerat Dynastæ koen, tam in regulatu tchung quam in munere dirigendarum

aquarum. postea evectus est ad solium sub nomine 大禹 (ta yu)

b 司空 (sse kung) magistratus qui praeerat operibus publicis, aedificiis, viis publicis, aggeribus extruendis. Hoc munus gesserat yu. (v. 155. l.

c 稷 (tsi) imperatoris 帝嚳 (ty ko) nepos. aliter vocatur 后稷 (heou tsi): nomen proprium est 棄 (ki). tsi proprie significat fruges terrae: quia ille praeerat frugibus terrae ac de agriculturâ bene meritus, ideo vocatus est tsi. quia vero constitutus fuerat regulatus 邰 (tay) regulus: ideo vocatur 后 (heou). ab illo duxit originem princeps 武王 (vou ouang) dinastiae 周 (tcheou) fundator. quia heou tsi egregie meritus fuerat de agriculturâ: ideo subsequentibus saeculis illi sacrificatum est tamquam frugum spiritui.

regnum 邰 (tay) erat in 陝西 (chen si) ubi nunc est 乾州武功縣 (kan tcheou vou kung hien). videtur adhuc locus dictus 邰城 (tay tching) 30 Lyzes ad sud est 鳳翔府扶風縣 (fung siang fou fou fung hien) ejusdem provinciae.

d 契 (sie) erat etiam nepos imperatoris Ty Ko. ab illo sie originem duxit 成湯 (tching tang) Dynastiae 商 (chang) fundator.

e 臯陶 (kao yao) insignis meriti magnas de quo deinceps videbimus plura egregia.

constituit ky id est heou tsi praefectum agriculturae.

29 Siquidem princeps noverat eximia trium illorum virorum talenta, nolebat certe illos esse absque magistratu. Sic itaque alloquitur 棄 (ki), id est heou tsi. quamvis 伯禹 (pe. yu) excundantes undique aquas tam feliciter in alveis coercuerit et agros exsiccaverit; nihilominus agriculturâ nondum florente, ciborum penuriâ premuntur adhuc populi: tu itaque, Heou tsi praesis agriculturae laboribus, edoceas populos quo pacto variae fruges juxta suum quaeque tempus terrae sint mandandae.

constituit sie magistratum qui populi moribus invigilet.

30 deinde princeps ita alloquitur 契 (sie). quamquam in animis populorum jam insita fuerint virtutum semina; nihilominus in imperio meo populi nondum servant subordinationem et unionem quae debent esse in unâ familiâ. quinque ordines, id est 5 fundamentales humanae societatis leges nondum perfecte observantur. tu itaque suscipias magistratum 司徒 (sse tou), allabores in instillando populorum cordibus officii sui amore. cum omni zelo propages quinque essentialia subordinationis inter varios hominum status

documenta: sed ne indiscreto zelo corda populorum alienes. memento zelum tuum esse clementiâ et benignitate temperandum.

constituit Kao yao causarum criminalium judicem

31 Demum princeps ita alloquitur 皐陶 Kao yao. Aleridionales exteri totum infestant imperium[a]. undique serpunt illorum latrocinia, rapinae, impudicitiae, fraudes ac doli. tu itaque esto 士師 che che id est rerum criminalium cognitor. quinque gravissima suppliciorum genera cum aequitate[b] et justâ peccatorum puniendorum gravitatem adhibeas. destinatum unicuique illorum suppliciorum locum observes. tria[c] sunt porrò pro quinque suppliciis determinata loca. quintuplex[d] est exiliorum species et pro illâ quintuplici exiliorum specie triplex est locus. si sis perspicax in dignoscendâ criminum qualitate et imponendis poenis quae sint proportionatae, tunc nullus erit qui non applaudat.

a 夏 hia significat florens. ita sinae vocant regnum suum, quod aspiciunt quasi prae caeteris regnis litteraturâ praeclarisque dotibus florentissimum.

b 五服 ou fou Character fou non potest latinè verti nisi per periphrasim: sensus est quinque supplicia infligenda non esse nisi ex justâ sententiâ, rebus maturè consideratis J.C.

c 三就 San tsieou pervenire ad aliquem locum dicitur tsieou. quando vero dicitur 5e fou id est quinque supplicia justâ aequitatem determinata habere tria tsieou, sensus est fuisse tria loca suppliciis infligendis destinata. scilicet ut aiunt interpretes, morte multatio fiebat palam et in publico. castratio fiebat in loco bombicum spiritui tutelari colendo destinato. alia supplicia privatim infligebantur.

d 五宅 ou tchay tchay significat habitationem, locum ubi quis manet. 三居 San ku fere idem sensus. quando hic dicitur quinque tchay habere tria ku, sensus est pro quintuplici exiliorum mansione assignari tria loca. scilicet, inquiunt interpretes, gravissimum exilii genus erat illud quo quis mittebatur ad quatuor 裔 y id est quatuor exteros qui erant extra totius imperii confinia. levius exilium erat illud quo quis mittebatur solum extra novem tcheou. levissimum erat illud quo quis ~~deterrebatur~~ exculabatur tantummodo extra mille stadia.

Constituit magistratum qui praesit opificibus.

32. Constitutis in magistratu tribus illis eximiis viris quos proposuerat qui, Princeps adhuc magnates ita consulit: quis aptus est ut praesit variis imperii mei artibus et opificibus. omnes unâ voce proponunt 垂 Tchoui. ita est, inquit Princeps qui statim ita alloquitur Tchoui. tu adeas et magistratum 共工 Kung Kung et allabores ut floreant in imperio meo quaecumque artes. Tchoui imparem se illi muneri judicans, capite reverenter usque ad terram demisso vult hunc honorem cedere viris qui in arte suâ excellebant, scilicet 殳斨 Tchou. tsiang et 伯與 pe yü. verum est, inquit Princeps unumquemque illorum virum esse in una arte peritissimum. tu nihilominus vade: talenta quae illi divisim, tu singula conjunctim habes.

constituit rei saltuariae et venaticae praefectum.

33. Princeps inquit adhuc. quisnam aptus esset ad invigilandum imperii mei montium et vallium pascuis sylvis ac feris. in sylvarum enim casionibus, in venatione et fornisiciis discretio adhibenda est ac tempus observandum. magnates omnes unâ voce conclamant: huic muneri aptus est 益 y filius magnatis Kao yao. ita est, inquit Princeps qui ita alloquitur y. tu obeas munus 虞 yu et praesis rei saltuariae et venaticae. y capite reverenter usque ad terram demisso, volebat hunc honorem cedere eximiis viris 朱虎熊羆 Tchou. hou. hiung. pi. qui gerebant nomen ferarum in quibus domandis habilitatem ostenderant: equidem, ait Princeps, virorum illorum unusquisque varium habet in aliquâ ferarum specie domandâ talentum. tu nihilominus vade, suscipe munus yu. virorum illorum talenta tu in te uno colligis.

constituit rituum religionis praefectum.

34 Cum in aliis magistratibus distribuendis, tum a fortiori in seligendo qui religionis ritibus praesset magistratu, maturâ opus erat deliberatione: ideo Princeps magnates omnes consulturus, ita illos in persona Sse yo alloquitur. O Sse yo, esset ne aliquis qui posset dirigere me in tribus a religionis ritibus quos tuetur exercere. omnes unâ voce proponunt 伯夷 b pe y. ita est inquit Princeps, pe y videtur illi muneri aptus. ita ergo alloquitur pe y. tu exercebis munus 秩宗 c tchi tsung. et esto sacrorum rituum praefectus. diu noctique attendas tibi ac geras te cum eâ

reverentiâ quam exigit relligionis quae tibi erit curae majestas. tam hypochrisim quam immunditiem abhorret relligio: igitur sincerè et absque ullo fuco puros ac integros indue mores. Pe y capite reverenter usque ad terram demisso volebat adeò honorificam dignitatem cedere magnatibus 夔 et 龍 : Sed Princeps non
Kouei lung.
admittens excusationem ait: ad Pe y. equidem illi duo quos proponis habent talenta: tu nihilominùs vade et munus quod tibi committo adimpleas cum omni quâ fieri poterit reverentiâ.

a 三禮 tres ritus. interpretes dicunt illos tres ritus esse, 1° 祀天神 Sacrificare Caeli
San ly Sse tien chin
Spiritibus. 2° 祭地祇 offerre oblationes terrae Spiritibus. 3° 享人鬼 defunctorum
tsi ty tchi hiang jin Kouei
animas venerari. Sed illi interpretes multo posteriores Principi Chun, attribuunt illi ritus qui suo tempore exercebantur, merâ sanè conjecturâ quae nullo nititur fundamento.

b 伯夷 illustris magnas de quo plura deinceps.
pe y

c 秩宗 tchi, ordo. tsung, venerari, reverentia. Tchi Tsung nomen erat Magistratûs
tchi tsung
qui praeerat relligionis ritibus ac Caeremoniis.

constituit Kouei Musicae Praefectum.

35. ab omni aevo sinae habuerunt Musicam velut aptissimam ad commovendos populorum animos et in illis excitandum concordiae ac virtutum amorem. ideò illius qui Musicae praeerat Magistraturam in maximo pretio habuerunt. 夔 visus est
Kouei
ad illud munus aptissimus: ideò Princeps ita illum alloquitur. dignissime Kouei, constituo te Praefectum Musicae. edoceas illam artem, sive meos a sive imperii mei nobilium filios. ope Musicae allabores in perficiendâ et dirigendâ illorum indole. quibus a naturâ datum est ingenium rectum, saepè etiam habent crudum et asperum: doceas illos esse lenes et mansuetos non minus quam rectos. affabiles esse decet, sed non familiares. doceas illos gerere se cum gravitate simul et affabilitate. fortitudinem comitantur saepè acerbitas ac duritiés. doceas illos esse fortes ac magnanimos, at aliis neque duros neque asperos. dedecet illos minutissima consectari: sed fortasse

minutissima contemnendo, contemnunt etiam sibi inferiores. docuas illos minutissima contemnere, sed sine superbiâ vel inferiorum contemptu. hæc omnia Musices ope poterit consequi. quid enim est Musica, undenam ducit originem? internos animi nostri affectus exprimunt carmina[b]. cantilenæ verba nostra, sive nostrorum internorum affectuum expressiones unâ conjungunt ac continuant. varii sunt affectus nostri et proindè ex illorum expressionibus unâ collectis et continuatis originem ducunt accentus vocis varii juxta varias quas enuntiant passiones. accentus illi distinguuntur quinque dicti 五聲 (ou ching) qui utpote varii, debent aliquâ regulâ ad concordiam revocari. 12律 (lu) id est 12 calamorum sive fistularum soni concordabunt cum accentus. indè exurget etiam inter八音 (pa in) id est 8 tonos concordia, et ita nihil non erit in ordine. sonorum harmonia mordebit homines ad fervorem erga spiritus et consequenter excitabit spiritus ad commiserationem erga homines, et ideò Musices ope orietur concordia inter spiritus et homines.

a 胄子 (tchou tse) ita vocantur filii nobilium ab imperatore usque ad Magistratus inferiores

b 詩 (chi) carmen. antiqui in carminibus et cantilenis exponebant præclara documenta quibus filiorum suorum animos ad bonum instituere conabantur, ut illi a teneris annis addiscentes ejusmodi cantilenas, quasi jocando sese virtutibus imbuerent. liber 詩經 (chi king) est ejusmodi cantilenarum collectio a Confucio facta. hujus libri versionem pater de la Charme misit in Europam.

constituit magistratum na yen qui nebulonibus et cavillatoribus reprimendis invigilet.

36. deerat adhuc magistratus isti 龍 (lung) qui una cum Kouei propositus fuerat a Pe y ut ageret caremoniarum magistrum. itaque Princeps ita alloquitur magnatem Lung. abhorre nebulones illos qui facetiis asperis verbisque mordacibus egregia facinora extenuantes, vel etiam impedientes, populorum meorum animos turbant, illisque terrorem incutiunt. committo igitur tibi Magistratum納言 (na yen) ut invigiles ne subrepat illa cavillatorum pestis, et diu noctuque mandata mea excipias ac promulges. munus illud summam sanè exigit fidelitatem.

a 納言 (na yen) significat proprie verbo aliquid ad aliquem deferre. Magistratûs na yen munus erat fideliter commonere imperatorem de nebulonibus qui facetiis suis deridendo probos, illos potuissent impedire ne vires pro imperii bono excererent. quia qui munus illud gerebat Magnas debebat fideliter imperatorem commonere et illius voluntates postea promulgare: ideo deinceps vocatus est 王之喉舌 (ouang tchi heou che) Principis guttur et lingua.

chun hortatur magnates simul congregatos ut munus suum diligenter adimpleant.

37 ita distributis inter magnates suos majoris momenti Magistratibus, Princeps ita omnes illos simul alloquitur. Cæli vicibus in imperii regimine fungor. vos 22 (a) Præfecti debetis illud Cælestis legationis onus mecum dividere. igitur cum reverentiâ Cælesti legationi debitâ suum quisque munus adimpleat. negotia quæ gerenda vobis incumbunt, non tam sunt vestra quam Cæli negotia (b): igitur quantum requirent temporis circumstantiæ, Cæli negotiis gloriose gerendis vos totos impendite.

a 二十有二人 (eul che yeou eul jin) dicunt interpretes illos 22 homines fuisse sex magnates recens ad Magistratus evectos, scilicet 禹。垂。益。伯夷。夔。龍。 (yu, tchoui, y, pe y, kouei, lung) deinde quatuor 岳 (yo) et 12 牧 (mou) sive Provinciarum Gubernatores. in summâ 22 viri.

b 天功 (tien kung.) Cæli negotia. ut Princeps Chun extimulet Præfectos ad gerendum cum omni zelo munus suum, imperii negotia quæ illi gerere debent vocat Cæli negotia: quamvis enim inquiunt interpretes, Cælum commiserit Principibus curam gubernandi populos: quia tamen Principes non possunt soli omnia imperii negotia dirimere; ideo necesse est Principes sibi adsciscere præfectos a quibus adjuventur in obeundâ Cæli legatione.

ad excitandum æmulationem instituit examina.

38. Præterea Chun assignat examina ad inquirendum quomodo Præfecti in suo se munere gerant. Singulis tribus annis (a), singulorum Præfectorum merita examinantur. post tria ejusmodi examina, id est post novem annos, quisque promovetur vel deponitur juxta merita vel demerita sua. et ita fieri non potest quin merita appareant ac debito afficiantur præmio: immo et potest dignosci utrum pravam ac perversam indolem populi San miao corrigant ac emendent.

a 分北三苗 mos erat ut intra tres annos unâ vice fieret examen de modo
fen pi san miao
quo tum Dynastæ, tum Præfecti munus suum adimplerent: in illis porro examinibus Princeps poterat cognoscere utrum San miao retrocederent, id est sese emendarent. Character 北 qui proprie significat Nortem et vulgo legitur pe; hîc legitur pi et significat converti, retrocedere, metaphora ducta ab eo quod sinæ vulgo vocant Austrum anteriorem partem, Boream posteriorem partem. &c.

39 hæc est denique summa annorum quos vixit Princeps Chun. anno ætatis suæ 30° vocatus est Chun ab agriculturâ ad gubernium. 30 annis unâ cum Principe yao fuit imperii consors. deindè postquam 50 annos solio solus insedisset, ascendit sursum, scilicet mortuus est. vixit igitur 110 annos.

a 舜生三十 quando Chun ex Agriculturâ vocatus est ab yao ad imperii solium, natus
chun cheng san che
erat 30 annos. numerando duos annos integros vel more sinico tres annos quibus Princeps yao illum probare voluit, unâ cum yao solio insedit 30 annos. post mortem yao regnavit solus 50 annos. igitur Chun vixit 110 annos. nihilominus aliqui Chronologi contendunt illum vixisse 112 annos, quia inquiunt post luctum triennalem Principis yao Principem Chun latuisse per duos annos ut sese subtraheret furori filiorum Principis yao qui illum persequebantur.

6. 陟方 vocem fang quam vertimus sursùm, alii interpretes cum Kung ngan Kouo
tche fang
contendunt hic significare doctrinam, regulam, quasi diceretur Principem ascendisse ad supremam regularum omnium regulam.

Caput 3um

大禹謨

Ta yu Mo

Magni yu Effata sive præclara Consilia.

Historicus in præsenti capite totus est ut exponat prudentiæ et æquitatis plena Consilia quibus illustris yu antequam solium conscenderet, juvit imperatorem Chun in

regimine imperii, et ipsius felix regimen postquam ab imperatore Chun evectus est ad solium. inde caput nomen desumpsit.

praefatiuncula ut aiunt a confucio excarata.

40 expendamus qualis fuerit antiquitatis heros ille Ta yu. praeclara ipsius monita legesque sapientissimae quae ipsius directione et suasu promulgatae sunt intra quatuor maria fecerunt illum dignum succedere principi Chun.

a 文命 ouen ming ouen, florens. ming, mandatum, lex imperium. ex antiquis scriptoribus aliqui dicunt magno yu inditum fuisse nomen ouen ming.

b 四海 sse hay quatuor maria. quasi diceretur universa regna.

Ta yu monitum circa vigilantiam quam debent habere princeps et subditi

41 Ta yu effatum ad principem Chun. princeps vincat difficultatem quae est in principatu administrando; praefectus vincat difficultatem quae est in praefecturâ administrandâ, id est princeps et praefecti vires omnes impendant in perfectè adimplendo suo munere et superandis illius difficultatibus: tunc imperii regimen efflorebit et populi virtutem alacriter amplectentur.

doctrinae praecedentis emolumenta

42 res ita se habet, inquit princeps: hoc enim posito praeclara monita poterunt habere locum, nec erunt vana et frustranea. dignosci poterunt sapientes et nullus erit qui non evehatur aut oblivioni detur in desertis locis. inter omnes omnium regnorum populos florebunt tranquillitas et pax. circa superandarum difficultatum media quisque sibi fidere non audens, consilium petet a multitudine et propriâ opinione abjectâ amplectetur aliorum opinionem. qui non habent patronum qui illos protegat ac deffendat, non tamen opprimentur: non derelinquentur pauperes et afflicti. sed haec omnia nullus usque nunc nisi princeps yao potuit adimplere.

pe y pergit encomia imperatoris yao.

43 伯益 pe y qui sciebat quanti princeps Chun faciebat imperatoris yao virtutem quam sibi imitandam proposuerat, sic pergit encomia principis yao. sane quidem, yao perfecti principis partes penitus adimplevit. principis illius virtus fuit ampla 廣 hoang, nullis circumscripta limitibus. fuit activa 運 yun, sistere nesciens tendebat

semper ad perfectiora. fuit ipsi quasi naturalis et innata, absque eo quod sibi vim ullam inferre opus esset: ideo 聖 (ching) sancta. videbatur virium humanarum captum superare et in se commovebat omnium admirationem: ideo 神 (chin) spiritualis, prodigiosa. nihil est adeò arduum quod illa superare non valuerit, nulla indoles adeò fera et pervicax quam illa ad mansuetudinem non perduxerit: ideo 武 (vou) bellicosa, fortis. omnibus eruditionis profundae pigmentis fuit decorata: ideo 文 (ouen) erudita. ob virtutem adeo excelsam yao specialiter a supremo[a] caelo dilectus et ad solium evectus: nihil fuit intra quatuor maria quod non habuerit in suâ ditione: extitit orbis universi Dominus.

a 皇天 (hoang tien) ex se regnans caelum. materiale caelum vocant sinae 蒼天 (tsang tien) caeruleum caelum, hoang, ut vidimus suprà (12, a) significat propriè ex se ipso regnans. igitur quando sinae dicunt hoang tien volunt significare caeli Dominum. imperator ob supremam authoritatem quam caeli vice gerit vocatur 天子 (tien tse) caeli filius, 皇帝 (hoang ty). 皇上 (hoang chang).

yu confirmat imperatoris yao encomia

44. quid mirum inquit yu, si omnia prosperè successerint imperatori yao: qui enim rationis[a] legi obsecundat, illum sequuntur omnia prospera: qui vero ab illâ deviat, sequuntur illum quaelibet adversa: non secùs ac umbra sequitur corpus, et soni repercussio in echo sequitur sonum.

a 廸 (ty) aliquando significat dirigere ad bonum. hîc interpretes dicunt illiûs characteris sensum idem esse ac 道 (tao) lex, doctrina, recta ratio.

pe y praeclara dogmata ad elucidandum doctrinam praecedentem

45. doctrinam superiorem pe y adhuc explicare ac dilucidare volens, sic pergit. proh! quantam imperii rectè administrandi difficultatem! igitur princeps, invigila. ex ipsamet imperii pace ac tranquillitate saepissimè oritur imperii ruina. quamvis imperium nullae concutiant et affligant calamitates et aerumnae, hoc ipsum time et invigila. caveas ne diuturnâ pace legum enervetur vigor; ne detur otio ac mollitudini ingressus; ne scaturiant obscaenae voluptates. in conferendis muneribus

solius meriti rationem habe. ne habeas personarum acceptionem. fortiter extirpare quaecumque prava ne haereas, ne dubites. dubia et non prius in deliberationem adducta negotia ne perficias. tua consilia recta sint et perspicua. ut morosae plebis encomia captes, ne tantillum a rectitudinis et aequitatis viâ deflectas. ne plebem opprimas ut tuis passionibus obsecundes. negligentiam devita: sed ne sis nimium praeceps. si sic agas, venient certè quatuor orbis partium exteri ut sese tibi subjiciant.

Ta yu continuat eamdem materiam.

46. O vere sanam doctrinam, inquit Magnus yu! hanc Princeps etiam atque etiam recogita. vera Principis virtus non in alio sita est nisi in bono regimine: bonum vero regimen consistit in educandis alendisque populis. invigiletur aquae[a], igni, metallis, ligno, terrae, frumentis, ne desint vel prodigantur, sed prudenti discretione adhibeantur. item, ad virtutem[b] institutio, quaecumque usui possunt esse utensilia, vitae felicitas et immunitas a miseriis, haec tria simul uniantur et coalescant. novem[c] illae res sint in ordine, novem illarum rerum ordinem populi prae gaudio cantabunt in cantilenis suis. ad virtutem in cordibus instillandam adhibeatur ipsiusmet virtutis amoenitas. ad absterrendum a vitiis adhibeatur severitas. et si velis efficaciter impedire ne populi corrumpantur: ad illos adhortandum utere novem[d] cantilenis supra dictis.

a 六府 leou fou sex fou. fou significat apotecham sive locum ubi coacervatur vel reconditur aliquid. aqua, ignis, metalla, ligna, terra, frumenta, vocantur sex fou, quia sex illae res sunt quasi sex thesauri populorum vitae sustentandae destinati. hinc apparet quinque res illas quae a sinis vocantur 五行 ou heng non satis accurate a quibusdam Europ[illegible] vocari quinque elementa: siquidem sinae duntaxat contendunt res illas quinque esse vitae hominum sustentandae fundamenta, non autem elementa ex quibus res aliae componuntur.

b. 三事 san che tria negotia, scilicet institutio ad virtutem, utensilium copia et vitae felicitas: tria societatis humanae maximi momenti negotia.

c 九功 novem in quibus est incumbendum, scilicet 6 fou et 3 che
Kieou kung

d 九歌 novem cantilenae, scilicet novem specierum cantilenae in quibus exponantur
Kieou ko

novem illarum rerum in quibus incumbendum est utilitates et commoda.

Chun laudat yu doctrinam suam ad praxim reduxisse.

47. quam vera est, inquit Princeps Chun alloquens Ta yu haec omnis tua de bono regimine doctrina! sed tu prima illius boni regiminis jecisti fundamenta. ad medendum enim aquarum eluvionibus terrâ complanatâ, Caelum statim naturae variarum productionum opus feliciter consummavit. sex 府 id est aqua, ignis, metalla, lignum, terra, frumenta, quae sunt rerum ad vitam sustentandam necessariarum quasi sex aeraria. item tria 事 scilicet ad virtutem institutio, utensilium copia, et vitae felicitas quae sunt quasi tria societatis humanae maximi momenti negotia, aptâ et proportionatâ dispositione ordinata sunt: tot ac tanta quae non solum in hujus aevi, sed etiam in sequentium aetatum utilitatem redundabunt, tui solius sunt opus, tibique uni sunt adscribenda.

a 天成 Caelum consummavit. scilicet cum aquae passim exundabant, Caelum non poterat largiri populis ea quae ad abundantiam et oblectamenta conferre poterant: terris autem exsiccatis jam licuit varias illius productiones excipere: ideo Caelum post aquarum exsiccationem fuisse completum, absolutum, id est ita beneficum ut nihil magis ab illo sperari posset.

Chun vult sibi adsciscere yu in imperii consortem

48. venias igitur, inquit Princeps, venias O dignissime yu. jam a triginta tribus annis imperii thronum occupo. annorum pondere oppressus, vitae meae metas me tangere sentio. viribus impar sum obeundis eâ quâ par est diligentiâ muneris mei partibus. tu potes indefesse vires tuas exerere: tu igitur meas turmas meosque populos regendos suscipe.

a 三十有三載 Chun aetatis suae anno 62 conscendit solium: ergo tunc habebat 93 annos
San che yeou san tsay

b. 耄期 mao significat senem 80 vel 90 annorum. ki significat senem 100 annorum: mao ki significat summe senem.
mao ky

Chun excusat se et proponit Kao yao in imperatorem.

49 exigua quam habeo virtus, inquit yu, imperatoriae dignitati omnino est impar; et ideò, sanè populis non essem acceptus. Dignior est 皐陶 Kao yao quem Princeps hoc honore afficiat. eminens illius virtus jam in toto imperio sparsit radios: ideò populi illum veneratione summâ et amore intimo prosequuntur. hoc Princeps etiam atque etiam recogita. quo magis de illo tam eximio viro cogitabis, eo magis ille tibi arridebit, eo magis pro illo stabis. etiam si velles eum rejicere, tibi fas non erit; sed quasi invitus ac tanti illius viri merito abreptus adhuc pro illo stabis. si inquiras quid fama de illo praedicet, fama certè illum tibi evehendum proponet et procul dubio pro illo stabis. uno verbo si inquiras veram solidamque virtutem in quâ cor tuum acquiescat, invenies illam in Kao yao et adhuc pro illo stabis. quaeso Princeps deponat benevolentiam quâ me indignum prosequitur: non attendat nisi ad merita: tunc certè Kao yao videbitur illi throno dignior quam ego.

Chun laudat Kao yao.

50 Princeps cui probe nota erat Kao yao virtus, ita illum alloquitur. Kao yao, si isti qui me hîc circumstant magnates, omnisque imperii mei populus, ne vel in minimo violaverunt umquam quas illis statui leges, id tibi est adscribendum. tu enim gerens Magistratum 士師 che che perspicaci sagacitate quâ usus es quinque suppliciis ad fovenda societatis humanae quinque praecipua officia, effecisti ut regimen meum ad apicem pertingeret. ex ipsismet suppliciis ad hoc ipsum pervenisti ut non esset opus adhibendi supplicia. virtutis medium populos ultro amplexatos fuisse, tibi uni est adscribendum. macte animo, et quae tam feliciter incepisti feliciter perfice.

Kao yao eximium imperii regimen totum adscribit Principi.

51 Kao yao haec merita nolens agnoscere sua, sed omnia Principi suo adscribens ita illum alloquitur. hoc effecit, O Princeps, tua virtus labis omnis expers et ad omnia se extendens. si accedas ad inferiores, nonnisi cum debitâ majestate et gravitate. non regis populos nisi misericordiâ et benignitate. poenae quas infligis non pertingunt ad filios: praemia verò quae largiris extenduntur ad nepotes. condonas culpam indeliberatè

admissam quamvis ex se sit gravis: culpam verò admissam cum malitiâ et deliberatione quamvis levem, punis. in dubio de peccati gravitate, punis illud tamquam leve. in dubio de meriti quantitate, præmias illud quasi magnum. mavis exponere te periculo non plectendi gravia quam plectendi morte aliquem qui non sit reus nisi casu et infortunio. hic tam laudandus vitæ tuorum subditorum amor, tibi conciliat illorum corda et affectiones. his Princeps usus es mediis ut instillares populis submissionem erga illos a quibus dependent.

Princeps boni regiminis opus contendit esse adscribendum suo yao.

52. Princeps nimium æquus ut gloriam subdito suo debitam sibi vindicaret, statim subjungit. effecisti ut amplecterer illum ad quem inclinatione naturali maximè propendebam regiminis modum, scilicet effecisti ut observarentur leges absque eo quod opus esset adhibere supplicia: quod enim virtutum ventus spiraverit et commoverit quatuor imperii partes: hoc est tuum opus, tibi uni adscribenda est quæ inde emergit gloria.

Princeps confirmat electionem magni yu in imperii successorem

53 tum Princeps quem excusationes magni yu dimovere non potuerant a proposito illum in successorem eligendi, utpote eximiis illius talentis fundato, his electionem suam confirmat verbis. veni dignissime yu. cum aquæ passim exundantes[a] mihi terrorem incuterent, calamitatibus illis tu remedium attulisti: felici admodum successu complevisti quæ promiseras: merita tua consummasti: hæc porrò nonne soli tuæ sapientiæ sunt adscribenda. bene meruisti, tum de regno, tuis laboribus indefessis, tum de tuâ familiâ quam prudenti oeconomiâ administravisti; nec tamen ideò superbè intumescis: hoc sanè indicium est non dubium eximiæ quâ polles sapientiæ: tu solus meriti tui ignarus dilaudare te nescis: sed in orbe terrarum nullus est qui tecum de valore contendere audeat. tu solus merita tua non jactas: nullus est tamen in toto terrarum orbe qui tecum de meritis audeat decertare. non possum non exaltare tuas virtutes et non celebrare tua præclara facinora. adscriptus[b] es in illorum serie quos imperio regendo Cælum destinavit. imponas demum humilitati tuæ finem et supremum Principatûs fastigium conscende.

a 洚水 descendens aqua. inundationes vulgo exprimuntur per illos duos characteres 洪水
Kiang choui hung choui
excundans aqua. quare ergo dicitur Chun perterritum fuisse ab aquâ descendente: ageretur ne de aquâ pluviae quae tunc temporis causaverit diluvium. ageretur ne de aquis torrentium ex montibus descendentium et quae essent anterioris scilicet universalis diluvii reliquiae.

b 天之曆數在汝躬 Caeli catalogus est pro te ipso. ly, ut jam vidimus, significat rationum
tien tchi li chou tsay jou kung
librum, catalogum: ideò Calendarium vocatur ly. hic igitur sensus est nomen principis yu esse scriptum in Caelesti imperatorum catalogo, proindèque non dari excusationibus locum.

Documenta quae Chun tradit novo suo Collegae.

54. pergit princeps et haec documenta tradit novo imperatori. Cor hominis, id est naturalis appetitus, quatenùs ad exteriora se prodit, nisi rationem sequatur ducem, summo semper versatur in periculo. cor legis, id est ratio, sive lex naturalis cujuslibet humanae legis fundamentum, facilè obnubilatur pravis affectionibus, et ideò quasi vix appareret est maxime subtile. igitur unicè allabores in abstergendis tenebris illis quae rationem offuscare possent: uni duntaxat, scilicet rationis cordi tibi est obsequendum: tunc certè virtutis medium[a] tenebis.

a 中 medium. Scilicet virtus vera neque peccat in excessu, neque in defectu; sed servat
tchung
medium illud toties in libris sinicis decantatum, de quo Confucius de proposito composuit librum dictum Tchung yung.

55 ne audias rumores illos qui nullo innituntur fundamento. ne sequaris consilia quae prius non fuerint maturâ deliberatione discussa.

56 quid amore populorum dignius est quam princeps? sed etiam quid principi magis reformidandum quam populus? nisi populis praeesset aliquis princeps, quis illos in necessitatibus suis protegeret? nisi principi subesset populus, quo pacto princeps ditionem suam custodiret? quantâ igitur relligione tibi invigilandum erit in adimplendis quae te manet imperatoriae dignitatis officiis! scilicet quodcumque dictabit tibi inclinatio tua rationis dictamine directa, relligiosè illud exequere.

Si secus fiat et quod est intra quatuor maria, scilicet imperium, paupertate aliisque miseriis opprimatur; quod á Cœlo tibi fuerit collatum imperii patrimonium a te auferetur absque ullâ illud in æternum recuperandi spe. attendas tuis verbis: nihil ex ore tuo prodeat nisi bonum, nisi bellicæ aut aliæ hujusmodi magni momenti molitiones ..... sed hæc sufficiant. quæcumque jam dixi non opus est ut denuò repetam.

yu pergit recusare imperatoriam dignitatem: Chun cogit ut accipiat.

57 Suprá modum humilis yu repugnantiam suam nondùm vincere valens, inquit Principi. Sortes[a] ducantur[b] inter illos qui meritis magis eminent subditos tuos et adhæreatur omini fausto. dedecet, inquit Princeps sortis arbitrio permittere imperatoriam 枚 dignitatem: quando haruspices[c] ducunt suas sortes, res prius fuit maturè deliberata et electione fixa et determinata: deindè consulitur magna[d] testudo circa felicem vel infelicem rati consilii exitum. porro consilium illud meum ut tu mihi in imperio succedas, jam pridem habeo fixum ac ratum, adhibitâ prius maturâ deliberatione, exceptisque unanimis omnium suffragiis: quin immo spiritibus etiam assentientibus. testudinis et herbæ 蓍 chi responsa profecto non dissentient. sortes nihil addere possunt ominis felicitati. tam efficaci ad convincendum argumento nondum tamen convictus yu, capite reverenter usque ad terram demisso, constanter adhuc detrectabat imperatoris dignitatem: sed Princeps excusationem non amplius admittens, absolutè ait illi: minimè. frustrà te excusas, tu solus aptus es Throno, tu solus debes evehi.

a 枚 moei propriè significat numerare: ideò usurpatur ad significandum augurii modum vulgatiùs dictum 筮 chi in quo adhibebantur numeri. scilicet duæ erant præcipuæ vatum species qui consulebantur circa rerum felicem vel infelicem successum. alii utebantur in divinationibus suis testudine et vocabantur 卜 po. alii utebantur herbâ 蓍 chi et vocabantur 筮 chi

b 卜 po significat inspicere per testudinem ad dignoscendum res absconditas vel etiam futuras. Character 卜 po componitur ex 丨 ken descendere, vel unio superioris et inferioris et ex 丶 tchou dominus: quasi diceretur Dominum descendere et communicare se hominibus.

c 占 (tchen) Significat augurium, auguris responsa. componitur ex Characteribus 卜 (po) et 口 (Keou) os, quasi diceretur verba quae prodeunt ex po. aliquando Character ille 占 (tchen) adhibetur genericè ad significandum utriusque generis tum vates tum vaticinia, sive testudinis sive herbae Chi.

d 龜 (Kouei) testudo, sive 元 (yuen) 龜 (Kouei) magna testudo. in hujusce operis capite 洪 (hung) 範 (fan) et in libro rituum Dynastiae Tcheou, hic erat modus consulendi testudinem. infrà testudinem accendebatur ignis et attendebatur ad varios qui indè in testudine sequebantur effectus. effectus illi quos genericè vocabant 兆 (tchao) erant 5ᵉ quos cum 五 (ou) 行 (heng) quinque (ut aiunt) elementis analogiam habere dicebant. 1ᵘˢ quando vapor humidus attollebatur, effectus ille vocabatur 雨 (yu) pluvia, analogia cum aquâ. 2ᵘˢ. quando cessabant illi vapores, effectus ille vocabatur 霽 (tsi) vel 雺 (tsi) cessatio pluviae, analogia cum igne. 3ᵘˢ quando vapor erat fuscus et ater, effectus ille vocabatur 蒙 (mung) obscurum, analogia cum ligno. 4ᵘˢ quando vapores non erant uniti, sed dispersi, hic effectus vocabatur 驛 (y) vel 圛 (y) dispersio, analogia cum metallis. 5ᵘˢ, quando effectus apparebant quasi inter se pugnantes, hoc vocabatur 克 (Ke) pugnans, analogia cum terrâ. ---- videatur Caput 洪 (hung) 範 (fan) (444)

e 筮 (chi) ita vocabatur modus ducendi sortes ope herbae 蓍 (chi) de quâ Confucius plura dicit in suis de libro y King commentariis. Kong in ta fatetur amissam fuisse traditionem modi quo desumebantur augaria ex herbâ Chi: imò nec bene concordant historici circà illam herbam, de quâ tamen narrant plura miraculosa. aliqui inquiunt herbam Chi disponi ad modum linearum illarum quae inventae sunt a fou hi dictarum 卦 (Koua). tres illarum linearum combinationes faciunt unum 爻 (yao) ex sex yao sive ex 18 illarum linearum combinationibus, tres primi yao faciunt illud quod vocatur 外 (ouay) 卦 (Koua) exteriores sortes. tres alii yao vocantur 內 (nei) 卦 (Koua) interiores sortes. sortes quae prodibant ex nei Koua vocabantur 貞 (tching): quae prodibant ex ouai Koua vocabantur 悔 (hoei) Character 筮 (chi) componitur ex 巫 (von) Magus, Haruspex et 竹 (tchou) herba, id est ope herbae praedicens

porro in usu qui tempore yu fiebat testudinis et herbae Chi, fortasse non alius erat scopus nisi commonere spiritus de re quae fuerat determinata et per meram relligionis Ceremoniam ab illis auxilium petere. saltem apparet principem Chun non multum confidisse sortibus. si in

iis quae scriptores tempore Chun multò posteriores enarrant de sortibus plura sint superstitiosa, non ideò concludendum est idem antiquitùs fuisse.

yu inauguratur

58 itaque yu absolutae principis voluntati resistere ampliùs non valens, die primo primae Lunae inauguratur in templo 神宗 (chin tsung) colendis majoribus destinato. illuc omnes Magistratuum primarii convocati convenerunt ut gratularentur principi novo et illi obsequium jurarent.

yu convocat copias ad domandos rebelles yeou miao.

59 vix dum yu in imperii consortium erat adscitus, cum statim princeps Chun ità illum alloquitur. in imperio tandem florent pax et regimen: duntaxat 有苗 (yeou miao) usque nunc sese jugo subjicere recusarunt: vade igitur, illos compesce et ad obsequium revoca. nec morâ singulos imperii Tributarios principes convocat yu et copiis simul congregatis animos ac vires his vocibus addit. copiae disponantur, instruantur agmina, quisque meis mandatis attentum se praebeat. stupidus ille ac hebes princeps yeou miao, nullâ aequi vel boni ductâ ratione, omnia turbat et confundit. se solum sapientem existimans, alios aspernatur ac fastidit. evertit leges, virtutesque funditùs evellit. virtute praeditos latere sinit in desertis sylvestribusque locis: nebulones vero ad honores ac dignitates evehit. populus calamitatum illarum authorem exosus, jam ab illo defecit nec vult amplius pro illo stare: ira Caeli jam in illum exarsit. hae sunt causae cur ego convocaverim vos O selectissima generosorum militum agmina, ut juxtà quod mihi a principe Chun fuit praescriptum, scelerum illorum exposcamus poenas. sed maximè requiritur voluntatum et virium vestrarum unanimitas, ut possitis lauros et merita comparare.

Principis yu adhortatio ad copias.

a 有苗 (yeou miao) princeps rebellium qui probabiliter erant posteri eorum quos supra vocavimus San miao (3, a. 24, c. 38, a.) usque nunc adhuc supersunt in sinis populi 苗子 (miao tse) dicti, qui montes et loca deserta aliisque hominibus impervia incolunt, et numquam sese imperatoris jugo subjicere voluerunt. his ultimis annis missae sunt adhuc copiae quae illos saltem continerent: debellare enim nulla datur spes. vide etiam Caput Lu Hing.

pugnatur. yeou miao nolunt cedere. Pe y suadet aliam illos demandi viam.

60 adeo urgentibus quos yu proposuerat motivis accensæ copiæ, hostium turmas prœliaturæ petunt. ventum est ad pugnam. jam effluxerant 30 dies, nec tamen yeou miao populi redibant ad obsequium: ideò Pe y suasurus Principi yu ut aliam iniret eos immutandi viam, ita illum alloquitur. unica duntaxat virtus potest commovere Cœlum. nihil est adeò longinquum ac remotum quod illa non possit limitibus definire. Superbia accersit calamitates, humilitas autem est emolumento: hæc a Cœlo Statuta fuit æquissima lex. Princeps Chun quando adolescens morabatur suprà montem 歷山 (a) (ly chan) et ibi propriâ manu agros excolebat, quânam viâ tentavit emollire pravam ac feram parentum suorum indolem? Scilicet omni die cum ejulatu et lachrymis precabatur misericors Cœlum, precabatur Patrem et matrem. culpam omnem in se rejiciens, omnis mali se dicebat authorem. filialis pietatis observator rigidissimus, coram patre Kou Seou stabat reverentèr compositè, et præ veneratione quasi tremebundus. et reipsâ filii tanta pietas commovit Patrem. Kou Seou mitem tractabilemque animum induit. et verò ipsosmet Spiritus immutare ac commovere potest mansuetudo: quantò magis commovere poterit nebulones yeou miao. pro tam eximiis documentis grates persolvit yu et promisit se illis obsecuturum: nec morâ jubet copias accingi ad reditum, et unâ cum illis aulam revertitur. reduxe ad aulam Princeps totus incubuit in ornando se quibuscumque virtutibus quarum fama brevi passim diffusa est. animum relaxandi causâ uti tunc temporis vigebat mos, in duobus Palatii suggestibus ad hunc scopum factis exercebat se saltationibus manu tenens modo lanceam (b) modo vexillum (b). vix effluxerant septuaginta dies a Principis yu in aulam suam reditu, yeou miao populi sponte venerunt in deditionem et sese Principis obsequio totos manciparunt.

a 歷山 (ly chan) mons ubi dicitur Principem Chun habitasse primis vitæ suæ annis et ibi operam dedisse agriculturæ, piscationi, venationi, sed præsertim omnis generis virtutibus

excolendis. Situs est ille mons in 山西 chan si ad sud est 蒲州府永濟縣 pou tchéou fou yung tsi hien

6. 干羽 kan yu dicunt interpretes illa duo fuisse insignia armorum et togae, quae quisque pro suâ conditione in festivitatibus saltando pre manibus gerebat. juxta nonnullos, kan idem est ac 楯 kan scilicet species tabellae supra quam depicta erat imago alicujus ferae. yu vero idem est ac 羽旄 yu mao scilicet ornamentum ex pluma confectum vexilli speciem referens. porro saltationes illae erant pacis et mansuetudinis quae eluebant in gubernio symbolum. kan proprie est scutum, yu vero avium plumae.

Caput 4um

皐陶謨

Kao yao Mo

Kao yao effata sive praeclara consilia.

in praesenti capite Historicus exponit praeclara consilia quibus Magnas kao yao fuit imperatorem Chun. inde caput nomen desumpsit.

monitum de curâ quam habere debet princeps, semet ipsum, familiam suam suamque regnum virtutibus ornandi.

61 Si expendamus qualis fuerit antiquitatis heros kao yao: praeclara ejus documenta et monita, illum sane nobis delineabant. ita olim ille airbat principi Chun. sedulo et sincero corde nutriat princeps et foveat virtutes suas: quaecunque statuit sint recta et lumini naturali conformia: adhaereat proborum et prudentum consiliariorum consiliis. Ta yu qui tunc temporis praesens erat illis quae kao yao dabat principi Chun monitis, illorum explanationem rogatus inquit: vera est sane tua haec doctrina: sed quo pacto intelligenda. respondet Kao yao, appositam sane interrogationem! hic est itaque mea doctrinae sensus. totus in eo incumbat princeps ut seipsum ornet virtutibus et in consiliis suis nihil nisi sempiternum spectet. allaboret familiae suae bene institutae, inter ipsius novem consanguineos floreat sinceritas et vigeat ordo. ex familiâ zelum illum transeat ad ipsummet regnum. ad adhortandum populos et in illorum animis virtutum amorem instillandum, illi

adjumento erunt quotquot sapientiâ et perspicaci sagacitate pollent. ex iis quæ proxima sunt posse ad remotiora tendere, ex sui ipsiûs, suæ familiæ et imperii rectâ administratione pervenire ad orbis universi rectam institutionem: totum hoc in doctrinâ modo expositâ consistit. pro doctrinâ tam arduâ gratias agit yu et eam sibi maxime acceptam esse testatur.

Kao yao exponit doctrinam superiorem quæ consistit in duobus. 1° dignoscere homines. 2° beare populum.

62. pergit Kao yao. quænam porro doctrinæ illiûs summa? scilicet complectitur duo. 1um consistit in dignoscendis hominibus ac discernendis cujuslibet affectionibus et talentis. 2um consistit in fovendis pace ac tranquillitate inter populos. ad hæc Ta yu suspirans inquit. si res omnino ita se habeat id est si duo modo exposita absolutè requiruntur ad bonum gubernium, quanta difficultas inesse debuit etiam ipsismet imperatoribus yao et Chun. et vero qui probè dignoscit homines, ille certè singulari præditus est sagacitate, et proindè potest gerere curam hominum, assignando unicuique illud ad quod aptus erit munus. qui inter populos alit pacem ac felicitatem, necesse est certe ut sit beneficus ac proindè plebi gratiosus et acceptus. jam verò qui sagax est ac beneficus, quam illi molestiam inferre possent nebulones qualis fuit Hoan teou. quid opus esset ut ipsemet aulam deserens conferret se ad domandos rebelles quales sunt yeou miao. quid erit illi timendum ab ejusmodi hominibus qui fucatis verbis ac ementito virtutis vultu turpissima flagitia velant et abscondunt.

a 惟帝其難之 ipsismet principibus (yao et Chun) hoc fuit difficile. trita et
oei ty ki nan tchi
pervulgata sapientium sinarum et maximè Confucii doctrina est quod princeps allaborare debeat 1° sui ipsius perfectioni. 2° perfectioni suæ familiæ. 3° perfectioni sui regni. hic porro non incusantur yao et Chun quasi in arte regendi minus periti ex eo quod ipsis regnantibus, adhuc in imperio essent nebulones ac rebelles: sed Kao yao vult ostendere quod si isti imperatores quamquam eminenti pollerent virtute in regendis se ipsis, familiâ

suâ et imperio toto, nihilominùs non valuerunt extirpare omnia in imperio suo vitia: fatendum sanè magnam esse difficultatem in regendis populis.

novem species virtutum quae elucere possunt in hominum actionibus.

63 pergit Kao yao. sanè dignoscere homines non est res facilis: dantur nihilominùs hujus discretionis regulae. generatim loquendo de hominum actionibus, novem species virtutum in illis elucere possunt. si generatim asseratur talem hominem esse virtute praeditum, scilicet nonnisi quia potest assignari tale vel tale negotium in quo gerendo virtutem manifestavit. quaerit yu quid igitur sunt novem illae virtutes.[2] Kao yao respondet: benignum esse simul et gravem. facilem se aliis praebere, sed simul esse rectum sine molli indulgentiâ. se aliis affabilem praestare, sed simul et venerandum. rectae gubernationis zelo fervere, sed zelum illum prudentiâ temperare. cedere aliquando, sed quando res exigit firmum esse nec posse a proposito dimoveri. rectum esse ac justitiae tenacem, sed simul mitem ac lenem. cavere a sumptibus extrà modum; sed tamen esse integrum et neminem debito frustrari. fortem esse sed simul modestum. audacem esse, sed rationem duntaxat, non vero morositatem et repentinos impetus sequendo. qui floret novem hisce virtutibus, illi certè omnia constanter prospere succedent.

necessitas harum virtutum juxta cujusque muneris gravitatem.

64 qui familiam habent, scilicet praefecti et magistratus, splendebunt certe si ex illis novem virtutibus sese quotidie in tribus exerceant; et diu noctuque utantur illis ad regendos sibi subditos. qui vero ditionem habent, scilicet reguli, si quotidiè virtutum illarum sese indefessâ vigilantiâ exerceant, illorum ditionis negotia prosperè et feliciter expedientur. ex illarum novem virtutum in principe complexu et convenienti inter illos qui praesunt juxta munus suum distributione, orietur negotiorum omnium felix successus, excurgent in praefecturis varii ordinis heroes,[a] Magistratus omnes legum vigori certatim invigilabunt, opera omnia instituentur tempore opportuno, et juxta tempestatum varietatem 5e elementis[b] designatam. uno verbo omnia imperii negotia bene et prosperè succedent.

a 俊 文 tsun dicitur de illo qui virtute eminet inter 1000. y de eo qui eminet inter 100.
tsun y

b 五 辰 propriè 5e signa Zodiaci, vel universalius 5e astra. interpretes dicunt hîc significare
ou tchen

五 行 quinque res illas quas supra (46, a) diximus Europaeos vocare elementa, scilicet aqua, ignis,
ou heng

metalla, terra, lignum. harum porro 5e rerum nomina sine assignant tum 5e planetis; idrò hîc vocantur ou tchen, 5e astra. tum variis anni tempestatibus, scilicet veri lignum, aestati ignem, autumno metalla, hiemi aquam, terram vero divisim assignant quatuor tempestatibus. itaque phrasis hujus concordet quinque tchen sensus est; concordet variis anni tempestatibus, ita ut labores aptè distribuantur; eodem sensu quo supra in yao tien.

quo pacto in aliis debeat alere virtutem.

65. Caveat igitur Princeps ne voluptatibus ac inordinatis passionibus obsequendi praebeat exemplum illis qui ditionem sibi subjectam habent; scilicet regulis. etiam atque etiam invigilet: in uno vel altero die occurrunt virtutem exercendi innumeraе occasiones. authoritate suâ fulciat illos qui gerunt negotia, et ne incuriâ suâ labores praefectorum reddat inanes. in gerendis enim negotiis homines funguntur legatione Caeli.

quo pacto paum alere.

66. praescriptae sunt à Caelo atque ordinatae humanae societatis obligationes. quinque a
praecipuas illas obligationes invigilet Princeps observari et quasi quinque thesauros a populis in pretio haberi. inter varias à Caelo constitutas hominum conditiones est subordinatio. principis est 5e illas subordinationes in praescriptis limitibus continere et cum suis subditis unanimi reverentiâ, communi fervore, unitis voluntatibus et cordibus illas fovere. qui virtutem colunt, Caelum jubet eos praemiis affici: quinque sunt vestium species quibus quasi insignibus praemiantur virtutes. qui peccatum habent, Caelum in illos animadvertit: quinque sunt supplicioruum species quae pro quintuplici delictorum specie adhibentur. principis est qui Caeli vices gerit praemia vel poenas cum proportione decernere. magne animo O Princeps et ad florens regimen totis viribus enitere.

a 五 禮 dicunt interpretes hic agi de quintuplici rituum specie pro quintuplici dignitatum ordine.
ou ly

b 五 服 juxtà interpretes, hic agitur de vestibus quintuplicis coloris quae variae erant pro
ou fou

varietate dignitatis et meritorum illius cui in praemium dabantur.

quomodo Princeps Cœli vices gerat.

61. quæ Cœlum[a] audit et videt, illa per nostros populos audit et videt: quando Cœlum exercet manifestam severitatem, propter populos nostros exercet illam severitatem. quasi diceretur Cœlum præbere aures querelis populorum: ita commercium fovetur inter Cœlum et terram. quantâ igitur veneratione dignus est qui ditionem sibi subjectam habet, scilicet Princeps: illius est enim vice Cœli populorum miseriis compati.

a 天聰明 pluries in sinis populi abusi sunt illo textu ad murmurandum contra suum
tien tsung ming.
Principem vel etiam ad rebellandum: cum difficillima sit illiûs interpretatio quæ varia a variis interpretibus affertur: sit adhuc ista versio quæ fortassè magis arridebit.

quæ Cœlum audit et videt, ea sunt quæ Princeps de populis nostris audit et videt. quæ Cœlum largitur præmia decernitque pœnas, ea sunt quæ populo nostro Princeps largitur et decernit. sic simul unitæ sunt suprema potestas et inferiores: quantâ igitur veneratione dignus est qui ditionem aliquam sibi subjectam habet.

doctrina superius exposita est ad praxim redigenda.

62. hæc omnia, pergit Kao yao quæ modo exposui dogmata non sunt mere speculativa sed debent in actus redigi. magnifacio, inquit yu tuam hancce doctrinam. et vero qui qui sese illi conformaret, quot et quanta cumularet merita. hanc ego doctrinam, subjungit humiliter Kao yao, nondùm adimplevi. in eo duntaxat unice sum intentus ut consiliis meis adjuvem Principem meum et adhorter ad bonum regimen.

Caput 5um

益稷

y. Tsy

Magnates Pe y et Heou Tsy.

referuntur in præsenti capite imperatoris Chun cum imperatore Ta yu et magnate Kao yao colloquia de bono imperii regimine. quia in primo articulo imperator Ta yu, quæ patravit præclara facinora in imperio liberando ab aquarum inundationibus, non attribuit sibi, sed Magnatibus y et Tsy qui illi adjutores adjuncti fuerant: indè caput nomen desumpsit.

yu exponit sedulitatem suam

69. auditis quae Kao yao de bono regimine tam benè disseruerat dogmatibus, Princeps Chun ita compellat Ta yu. venias ergo dignissime yu et nobis etiam praeclaras aliquot sententias eloquere. yu, salutato reverenter Principe exclamat, scilicet! O Princeps, quid ego addere possem iis quae Kao yao tam benè exposuit dogmatibus. hoc unicè dicam me indesinenter adhibere sedulitatem omnimodam. Kao yao exclamans inquit. in quo igitur consistit haec tua sedulitas tanta? tum yu refricaturus memoriam eorum quae tam felici successu gesserat in educendis aquis ait. aquae exundantes Caelum ipsum pertingebant. fluctibus rabidis tundebantur montes, colles immergebantur; populos invaserant pavor et consternatio. ut ego iis malis remedium afferrem, ad obeundas quascumque plagas usus sum quadruplici [a] vehiculorum specie. in imperviis montibus ut mihi patefacerem aditum, sylvae mihi fuerunt succidendae. siquidem terra nondum poterat segetes producere, ego unà cum y edocui populos variorum animalium [b] carnes in cibum adhibere. excavavi alveos novem Provinciarum fluminibus ut influerent in quatuor maria. aperui canales [d] rivorum qui irrigant agros, ut influerent in flumina. agris exsiccatis, unà cum Tsi edocui populos terram excolere et labore [c] manuum sibi comparare cibos quibus vescerentur unà cum animalium [b] carne. deinde curam adhibui ut quae in aliquo loco abundabant transportarentur in ea loca ubi deficiebant; et ut asservata distribuerentur juxta necessitatem. hoc modo frumentis ad alendos populos affatim suppetentibus, universae imperii ditiones legum calamitatibus debilitatarum vigorem refoverunt et rectam institutionem auspicati sunt. his auditis Kao yao inquit. pridem novi tua haecce praeclara facinora. quae modo eximia retulisti, o quam vellem imitando illa exprimere.

a 四載 quatuor illae vehiculorum species ita assignantur ab interpretibus. 1° pro aquâ traducendâ navis. 2° pro itinere terrestri currus. 3° pro transeundis paludibus et locis lutosis illud quod vocabatur 輴 vel 橇 vel 毳, scilicet species cratis quae suprà lutum imposita
Sse tsay tchun kiao tchoui

impediebat ne pedes in illo defigerentur. 4° ad scandendos montes adhibebatur 梯 vel
lei
橋 vel 梠 scilicet unus semis semipollicis longus, qui infra calceos positus firmabat pedem in
kiao kio
locis lubricis.

b 鮮食 quelibet recens caro, sive piscium sive aliorum animalium.
sien che

c 難食 cibus difficilis. ita vocantur cibi qui labore manuum comparantur, quales sunt
kien che
fruges et fructus.

d 田洫 canales in agris. ita de agrorum canalibus loquitur liber 考工記. operarii
kiuen kouay kao kung key
hunc in agris canales excavandi servant modum. canalis 相 latus est 5 寸 id est pollicibus. duo
sse tsun
sse faciunt unum 耒 耦 . nghieou desinit in canalem dictum 田洫 latum et profundum uno 尺 id
nghieou kiuen tche
est pede. ad agri superiorem partem est canalis dictus 遂 latus et profundus duos pedes.
soui
agrorum portio novem familiis assignata vocatur unum 井 . in uno tsing est canalis 溝 latus
tsing kieou
et profundus 4 pedes. Spatium terrae comprehendens 10 里 sive leucam quadratam vocatur 成.
ly tching
in uno Tching est canalis 洫 latus et profundus 8 pedes. Spatium terrae quod comprehendit 100
hiu
ly sive 10 leucas quadratas vocatur 同 . in uno tung est canalis 浍 latus duos 尋 id est septem
tung Kouay Sin
pedes et profundus duos 仞 id est 8 pedes. illi porro canales ita distributi erant ut in agrorum
jin
portione tung decem leucas quadratas continente reperirentur novem millia canalium soui,
nongenti canales kieou, nonaginta canales hiu et novem canales kouay qui coalescebant in
unum 川 , id est magnum flumen et inde in mare. hæc porro canales in agris excavandi
tchouen
methodus juxta interpretes inventa fuit ac determinata ab illustri Ta yu qui hoc tam
egregio simul et immenso labore effecit ut agri exsiccarentur et populi haberent unde
vitae sustentandae fruges colligere possent.

yu hortatur Principem ad instituendum bonum regimen.

70 tum yu sermonem convertens ad Chun, ita illum alloquitur. Sane Princeps!
in suprema qua insignitus es dignitate, quanta tibi opus est attentione, quanta diligentia!
verum dicis, inquit Princeps. pergit yu. ne sinas te inordinatis passionibus agitari, et
a
acquiescas in eo in quo debes sistere, scilicet in summo bono attendas ad occasiones qua-

sese offerunt rem aliquam agendi, et ita illam agas ut inde nulla tibi excurgat molestia. Si tibi sint administri probi et recti quorum consiliis in omnibus quaecumque ages obsequaris, nullus erit qui tibi non omnino obsequatur, et qui non avidè expectet tuas voluntates. indè manifestum fiet te a Supremo Domino evectum fuisse ad Solium. Caelum cumulabit in te favores suos, gloriâ effulgebis.

a 安 攷 止 interpretes multum sese extendunt circa illum textum. dicunt illud in quo
agan jou tchi.
acquiescendum est non esse aliud nisi bonum, summe bonum; virtutem 仁 in eodem sensu
jin
quo liber Ta hio.

Chun exclamat circa fidelis Consiliarii necessitatem.

11 Princeps quem Principis yu monita circa fidelis Consiliarii necessitatem omninò persuaserant, erumpit in has exclamationes. proh! quanta fidelis Consiliarii necessitas! quanta propinqui (id est qui semper stet a dextris et a sinistris ut consilium ab eo peti possit) Consiliarii necessitas! quanta fidelis magnatis necessitas! Principi applaudens yu exclamat, O quam rectè sentit Princeps.

Chun rogat yu ut sibi sit Consiliarius.

12. pergit Princeps. magnates mei mihi sunt brachia, pedes, aures et oculi. volo adesse populo meo a dextris et a sinistris: tu sis mea brachia et operâ tuâ me adjuves. volo vires, id est bonum regimen in quatuor imperii partes disseminare: tu sis mei pedes et illud pro me exequere. volo juxta [a] veterum nobis relictas imagines, ad distinguendum varios dignitatis gradus super vestes depingi [c] solem, Lunam, Constellationes, signa zodiaci, montes, dracones et diversicoloris [b] phasianos. volo fieri alias [g] vestes supra quas acu delineentur vasa 宗 [d] 彝 sacrificiis inservientia, herba aquatilis 藻, ignis,
tsung y tsao
oriza alba, securis dicta [e] 黼, et Character 黻 [f] quasi totidem symbola virtutum in
fou fo
quibus quisque debet se exercere, et efficere ut quinque coloribus quasi quinque oculorum oblectamentis illae resplendeant. tu sis meus oculus et videas ut illae vestes appositè distribuantur juxta cujuscumque meriti ac dignitatis gradum. Siquidem Harmonia Musicae exprimit harmoniam quae debet esse in imperii regimine; ex Musicae sese 律 [h], 5e accentibus
lu

et octo tonis volo disquirere utrum imperii regimen ferveat, utrum tepescat et examinare quinque verba, tum quae ego profero, tum quae ad me deferuntur. tu sis auris mea et mecum audias.

a 觀古人之象 juxta veterum imagines. Chun quamvis antiquissimus loquitur adhuc de
Koan Kou jin tchi Siang
antiquorum depictis imaginibus, vestibus &c quantae antiquitatis pictura est apud Sinas!

b 華蟲 hoa, diversicolor. Tchung est vulgo nomen genericum reptilium. aliquando significat
hoa tchung
quaecumque animalia, tum volatilia, tum quadrupedia, tum reptilia, tum aquatica: hic vero juxta interpretes significat Phasianum.

c 作會 hoei proprie significat congerere, coadunare, societas &c interpretes dicunt hic usurpari
tso hoei
et eumdem sensum habere ac character 絵會 pingere, repraesentare. ubinam vero Princeps jubebat
hoei
depingi solem, Lunam &c. alii dicunt supra vestes, alii supra vexilla, alii utrumque.

d 宗彝 vasa in quibus reponebatur vinum inserviens caeremoniis relligiosis erga defunctos
tsung y
imperatores. supra illa vasa vulgo insculptae erant duae ferarum repraesentationes.

e 背甫 species securis quae in gremiali quodam in sacrificiis adhibito pingebatur partim atro,
fou
partim albo colore.

f 背友 species gremialis septem telae portionibus constans, in quarum binis ex utraque parte
fo
securis et character fo erant acu pictae.

g 作服 juxta interpretes agitur hic, tum de vestibus caeremonialibus imperatoris, regulorum
tso fou
et magistratuum; tum de vestibus quae in praemium dabantur bene de imperio meritis. porro variae illae res supra vestes depingendae symbolum erant variarum virtutum quibus quisque debebat incumbere. astra designabant splendorem quam illi emittere debebant sua in excolendis virtutibus vigilantia. montes designabant firmitatem et constantiam in bono. Draco designabat mutationem qua qui aliis praesunt debent sese omnibus accommodare. Phasianus variis coloribus ornatus designabat virtutum ornamenta. vasa in parentalibus ritibus adhibita designabant pietatem filialem. herba aquatilis tsao, puritatem et munditiam. ignis, fulgorem et zelum. oriza alba sollicitudinem

pro rebus ad vitam populorum conservandam necessariis. Securis, celeritatem in decidendis populorum litibus nec in longum protrahendis. Character fo gemini coloris, varios affectus qui debent indui juxtà proborum vel pravorum indolem ..... ita interpretes.

h 六律 sex Lu. Suprà (31) mentio facta fuit de 12 律, hic vero dicuntur duntaxat sex. Scilicet sinae distinguunt sex fistularum tonos quos vocant 律, sex alios quos vocant 呂. aliquando 12 illos 律 et 呂 comprehendunt generali nomine 律

leou lu lu lu lu lu

i 五言 quinque verba. id est, inquiunt interpretes, quinque accentuum ope judicare utrùm tum ea quae loquitur Princeps, tum ea quae subditi ad illum loquuntur concordent cum quinque virtutibus 仁。義。禮。智。信。 charitas, aequitas, urbanitas, prudentia, fidelitas.

ou yen jin y ly tchi sin

Princeps jubet ut non esse adulatorem.

73 errantem me tu arguas et adjuves. ne in conspectu meo videaris approbare quod quando recesseris, mihi vitio vertas. O relligiose[a] obeas munus tuum, quo mihi a quatuor partibus tam vicinus es quam quatuor corporis membra, pedes, manus, aures et oculi.

a 欽四鄰 venerare quatuor proximos; scilicet anterius posterius, ad laevam, ad sinistram mihi assistis. munus illud venerare.

kin sse lin

remedia ad corrigendos adulatores.

74. quilibet occurrent nebulones quorum detractoria et adulatoria verba opposita sunt sinceritati. 1° ex eo quem fidelis subditus sibi proponere debet scopo examinandi sunt. 2° ut illi recordentur suae culpae, usitatâ in Gymnasiis poenâ verberibus sunt afficiendi. 3° culpa in scriptis publicis est referenda, ut illius in conferendis muneribus ratio habeatur. Si qui reus est intentionem habeat resipiscendi et vitam rationi conformem ducendi, posteà debet Musicae praefectus accipere illorum verba, et de illis commonere imperatorem. Si digni sint et usui possint esse excipiantur et usui sint. secus, severè tractentur.

a 侯以明之 scopo illos manifestare. dicunt interpretes pro emittendis sagittis varios fuisse scopos pro variâ cujuslibet dignitate. ut porro probarentur evehendi, jubebatur illos emittere sagittas in destinatum dignitati ad quam aspirabant scopum, quem si non attingebant, judicabatur vel esse reos et propter conscientiae illos pungentis remorsus non potuisse attingere, vel saltem esse ineptos.

heou y ming tchi

yu extollit principis Chun aequitatem in Gubernio.

75. yu ad fovendum adulatores emendandi laudabile illud principis Chun desiderium, ita inquit. laudanda sane illa adulatores emendandi principis media. Sed longè plus adhuc ponderis habet quae sibi omnium animos devincit eximia principis virtus. virtus illa per totum orbem spargit radios. nulla est in quovis abditissimo maris angulo creatura vivens, ad quam illa virtus non pertigerit. quotquot in variis orbis terrarum regnis probitate et sapientiâ pollent, nonnisi illos princeps adhibet in fideles consiliarios, nonnisi illos princeps pro temporis opportunitate evehit. in iis quos evehis et assumis ad dignitates, attendis ad verba tum quae ipsimet, tum quae alii de illis proferunt. in iis quos condecoras, attendis ad illorum merita. qui fortitudine praecellunt alios, praemias eos curru et vestibus honorificis. quis porro auderet contradicere tam sapienti regimini? quis non illud reverenti plausu et assensu exciperet. jam vero princeps, si in illorum quos evehis delectu secus ageres, omnes sanè uno gressu paulatim eo devenirent ut in illis deficeret omne meritum.

a. 蒼生 Caerulei viventes. quod videtur a longè et apparet caeruleum vocatur tsang: v.g. tsang tien caeruleum Caelum. hîc igitur tsang cheng caerulei viventes significat longè distantes populos.
tsang cheng

yu describit pravam tan tchou indolem et narrat quo pacto sese illi pravae indoli opposuerit.

76 pergit yu. caveas tibi ab illâ quam principis yao filius 丹朱 prae se fert superbiâ. vitium illud omnium quibus ille scatet vitiorum est fons et origo. nihil illum delectat nisi mollis ignavia et iners evagatio. in omnibus quaecumque agit crudelis est et superbus. sine ullâ diei vel noctis distinctione, incessanter ita se gerit opposito rationi modo, quale esset sine aquâ velle iter in navi facere. unâ cum aliis flagitiorum suorum sociis domi turpiter nepotatur, et immergit sese in quarumlibet libidinum caeno: ideo privatus est imperii haereditate quae illi jure naturae debebatur. ut ego oppositâ agendi ratione remedium aliquod istis excessibus afferrem, cum uxore quam duxeram in monte 塗山 vix dum transieram quatuor dies in calendario designatos per 辛。壬。癸甲。statim ivi allaboraturus aquis deducendis. dum filius meus 啓 erat adhuc
tan tchou
tou chan sin jin kouei kia ki

in infantiæ vagitibus, ego non magis illum curavi ac si non fuisset meus filius: sed unicè intentus in obsequendo Principis mei mandatis, et in terræ aggeribus aliisque operibus contrà aquarum eluviones ædificandis, adjuvi ut perficeretur agrorum divisio in quinque 服 fou quorum simul sumptorum utraque diameter a septentrione ad meridiem et ab oriente ad occidentem complectitur quinque stadiorum millia. effeci etiam ut duodecim 州 tchrou id est duodecim imperii Provinciis præponerentur duodecim Præsides qui tamquam magistri dirigerent alios Provinciæ suæ Præfectos. quin immo extrà imperium in unâquâque exterorum qui se extendunt ad quatuor maria ditione, constitui quinque 長 tchang id est gubernatores qui deffendendis imperii limitibus invigilarent. nullus est nunc qui non obsequatur. nullus est qui non enitatur de imperio bene mereri. duntaxat indociles ac insulsi san miao nullis volunt sese legibus obstringere. hoc sanè Princeps, dignum est cui mentem cogitationemque præbeas. equidem, inquit Princeps, si populi mei virtutem amplectantur, illud debetur ordini pulchro quem in imperium induxisti, et quo tot tibi merita cumulasti. pulchrum hunc regiminis ordinem veneratus kao yao, ut illum florere efficeret et in cordibus populorum foveret, antè populorum oculos posuit supplicia quæ illos ab ordine pervertendo absterrerent.

a 丹朱 filius Principis yao de quo (9, a)
tan tchou.

b 塗山 mons in 江南 ɣ lizes ad sud est 鳳陽府懷遠縣. versus orientem, illiûs
tou chan Kiang nan fung yang fou hoay yuen hien.
pes lambitur a flumine 淮 hoay. ex illo monte oritur fluvius 澗 kien. inter montem et urbem hoay yuen hien est locus dictus 當塗故城. ubi dicitur fuisse regulatum illiûs ex cujus familiâ
tang tou kou tching
uxorem duxit yu. indè fit ut aliqui scriptores dicant Tou chan esse nomen familiæ undè oriunda erat uxor Principis yu, quia scilicet illa familia desumebat nomen a suo regulatu.

c 辛壬癸甲. textus inquit duntaxat uxorem duxi in, vel, ex Tou chan diebus, sin,
sin jin kouei kia.
jin, kouei, kia. ky fuit in gemitibus. ego non habebam filium. duntaxat intentus aggeribus construendis. sed explicatur ex textu Mencii qui refert Principem yu dum allaboraret

eduendis aquis, adeò sollicitum fuisse de munere suo adimplendo, ut tribus vicibus antè propriam domum transiverit, nec tamen in illam fuerit ingressus.

∂ 五服 divisiones imperii in quinque partes dictas fou. (vide caput yu tung)
ou fou

Musicae praeses Kouei laudat Musicam dictam ta chao a Principe Chun inventam.

11. Kouei quem Princeps Chun praefecerat Musicae recens a se institutae sub nomine 大韶 ta chao, ut illius Musicae encomia celebraret Principi Chun, inquit: quando sive graviter, sive lenitè juctà modum et mensuram percutitur instrumentum lapideum 鳴球 (a) ming kieou, vel quando instrumentorum 琴 (b) kin et 瑟 che fides movetur, modo lentè, modo velociter, prout necesse est ut illorum instrumentorum soni concordent cum canentium vocibus: tunc nihil est sive inter visibilia, sive inter visibilia quod non commoveatur. majorum (c) defunctorum manes statim adsunt: qui fuit hospes (d) in Principis yu Chun palatio, scilicet Tan tchou sedem primam occupat: deinde omnes tum reguli tum magnates juctà suam quisque dignitatem. Superiora instrumenta adhibentur in superiori parte aulae colendis majoribus destinatae. in inferiori (e) vero hujus aulae parte, adhibentur instrumenta dicta 管 kouan fistula et 鼗鼓 tao kou species tympani. Concentûs initii et finis signum datur per instrumenta 柷 tchou et 敔 yu. instrumenta 笙 cheng et 鏞 yung pulsantur alternatim cum instrumentis superioris aulae partis. ex hujus Musicae harmoniâ ita commovetur quidquid mobile est capax, ut ipsamet bruta animantia exultent ac exciliant. complexus ille instrumentorum quae adhibentur tum in superiori, tum in inferiori parte aulae generali nomine nuncupatur 簫韶 siao chao quae perficitur ex novem 成 tching sive ex novem alternationibus utriusque partis instrumentorum. ille autem complexus adeò mirabilis est et adeò delectat, ut res maximè excellentes qualis 鳳凰 (f) fung hoang ad illius numeros cum gravitate et modestiâ exultent.

a 鳴球 instrumentum Musicum ex lapide pretioso factum, in formam tabulae annulis suspensae
ming kieou

b 琴瑟 fidium species.
kin che

c 祖考來格 avus et pater veniunt frui. hic agitur de manibus patris et avi quae dicuntur
tsou kao lay ko

venire quando cultus illis exhibetur. porro modus ille loquendi est pure metaphoricus ut patet ex contextu. Sane nonnisi metaphorice dicitur avem fung hoang venire, brutis animantia prae gaudio subsultare 2 l. igitur Musicae praefectus Kouei non aliam habuit intentionem nisi extollere mirabiles Musicae effectus in commovendis hominum cordibus et in illis accendendo religionis Ire. quando porro dicit majorum manes esse praesentes, nonnisi eo sensu quo dicitur sapissime spiritus et majores eadem reverentia colendos esse ac si essent praesentes. si vero nunc sinae superstitiosas aliquot ideas habent circa majorum suorum manes, et in illis colendis ritus superstitiosos exercerant non item dicendum de antiquis sinae sapientibus

d 虞賓 hospes principis yu chun, scilicet Jan Tchou filius principis yao qui vivebat
yu pin
in aulâ principis Chun tanquam hospes, non autem tanquam subditus et qui utpote regii sanguinis princeps in religiosis ceremoniis sedebat antè ipsesmet regulos.

e 下管 interpretes aiunt illud hia infrà, significare inferiorem partem templi. ergo
hia koan
instrumenta de quibus antea facta est mentio collocabantur et adhibebantur in parte superiori templi, id est versus boream.

f 鳳凰 phoenix sinensis, avis fabulosa, cujus mas dicitur fung, femella vero hoang.
fung hoang
fingunt illam sese pedes altam et in montibus ac antris rubri coloris habitantem. similis est avi maritimae dictae 鶴 quae nonnisi pisces ac serpentes comedit. variis ornata est coloribus. 孔演圖
ho
kung in tou
ait avem illam esse ignis purissimam partem, nasci in antris rubris, non insidere nisi arbori dictae 梧桐 non comedere nisi fructus arundinis indicae vulgo bambou, non bibere nisi ex fontibus
ou tung
dulcissimis et musto similibus. variis distincta est coloribus et non apparet nisi quando in imperio florent leges et ordo: tunc autem aves caeteae illam quasi reginam suam sequuntur. 廣雅 ait,
koang ya
illam avem habere gallinae caput, hirundinis rostrum, serpentis collum, anseris corpus, piscis caudam. capiti inscriptum habet 德 virtus. alarum inscriptio est 順 obedientia. dorsi inscriptio 義 justitia.
te chun y
ventris inscriptio 信 fidelitas. pectoris inscriptio 仁 charitas. mas edit sonum similem sono
sin jin
characterum 鄰鄰: femella vero sonum similem sono characterum 足足. quoties sinae volunt
trie trie tsu tsu

designare florens gubernium, dicunt avem fung hoang sub illo gubernio apparuisse.

Kouei laudat suam habilitatem.

78 pergit Kouei et suspirans inquit. O quam difficilis est lapideorum instrumentorum ad consonantiam cum aliis instrumentis percussio! nihilominùs illa instrumenta lapidea sive graviter, sive leviter percutiam; tam bene videntur concordare ut ex illorum auditu, inter bruta animantia nullum non exultet ac subsiliat, et inter illos qui praesunt aliis, nullus sit qui non anhelet ad concordiam et bonum regimen.

Cantilena composita ad excitandum zelum praefectorum.

79. composita fuerat una cantilena quâ Princeps maximè gaudebat uti. Sic aiebat cantilena. reverenti attentione excipias Caeli mandata. attendas ad tempus. attendas ad occasiones. adhuc aiebat Cantilena. imperii pedes et brachia, id est administri, alacriter sese muneri suo adimplendo applicent. primarium caput, id est Princeps, excurgat et legum vigorem foveat. quaelibet artes floreant ac perficiantur. Kao yao manuum plausu et capite usque ad terram reverenter demisso, exceptis Principis sui verbis, magnâ voce exclamat. hoc Princeps recogita. tuum est dirigere praefectos in obeundis muneris sui partibus. tuum est aggredi negotia et invigilare legum observantiae. O quàm relligiosè debes in illud incumbere. praeterea debes etiam repetitis vicibus inquirere et examinare, quomodo et quo successu perficiantur negotia: hoc porro quam relligiosam attentionem exigit. Kao yao ita exposito superiorum cantilenae verborum sensu, refert sequentia haec cantilenae verba. Si primarium caput sit perspicax, tunc pedes et brachia, scilicet praefecti erunt integri. quaelibet negotia quietè et in ordine perficientur. Cantilena adhuc inquit. Si primarium caput minutiarum ac frivolarum rerum multitudine se obrui patiatur, pedes et brachia languebunt in molli otio, quaelibet negotia perdentur ac non poterunt perfici. Princeps gratiis actis inquit. praeclara sanè et egregia dogmata! accingamus nos ut relligiosè illa ad praxim reducamus.

Pars Secunda.

夏書

Hia Chou

Dynastiæ Hia Liber.

夏 (hia) est nomen Dynastiæ cujus fundator fuit Princeps 大 (ta) 禹 (yu). quia liber præsens enarrat aliquot hujus Dynastiæ facta historica; ideo vocatur hia Chou. complectitur 4° capita.

Caput I^um

禹貢

yu Kung.

Tributa a Principe yu Sancita.

Tributum quatenùs exigitur a Principe vocatur 賦 (fou). quatenùs a Subditis offertur Principi vocatur 貢 (Kung). in præsenti capite refertur quomodo Ta yu postquam laboribus immensis attulisset remedium inundationibus quæ totum latè devastaverant imperium, sapientes circa Tributa a singulis imperii Provinciis exigenda statuit leges.

Caput præsens est pretiosum Sinicæ geographiæ et antiquitatis monumentum. ex immensis qui in illo describuntur Principis yu laboribus et ex multitudine locorum quæ jam faciebant imperii partes, judicari potest in sæculis adeò remotis, (scilicet ante Ch. 2250 circiter annis) quantâ imperium Sinicum jam fruebatur potentiâ.

yu assignat Similes variarum imperii divisionum

ɔ0 禹 (yu) demandatâ sibi aquarum inundationibus medendi curâ, descripsit imperii terras, aperuit sibi viam in montibus succidendo sylvas, et pro imperii divisionum limitibus assignavit montes excelsos et magna flumina.

a 敷 (fou) 土 (tou) descripsit terras. Scilicet aquis passim exundantibus, confusio erat in toto imperio: ideò yu, ut primùm substitutus est magnati Kouen qui per tres annos incassum laboraverat in medendo aquarum eluvionibus, opus aggressus est divisione imperii in novem 州 (tcheou) sive Provincias, quibus ut vidimus in Cap: Chun tien (22) Princeps Chun addidit deinde tres et effecit 12. 州 (tcheou) est locus aquis obsitus.

labores yu in Provincia Ki tcheou.

81. ex novem imperii partibus quae liberandae erant ab aquarum molestiis, Provincia 冀[a]州 exigebat praesentissimum remedium, tum quia sedes erat Principis, tum quia ut pote in magis humili loco sita, patiebatur magis ab aquarum molestiis.
ky tcheou

82. itaque yu incepit labores suos per illas Provinciae Ki Tcheou partes quae adjacebant monti 壺[b]口, quas tunc temporis alluebat flumen Hoang ho.
hou keou

83. deinde allaboravit illis quas idem flumen alluebat partibus prope montes 呂[c]梁 et 狐[d]岐 ad orientem Hou keou sitis.
lu leang
hou ky

84. postea ad Orientem Lu leang et Hou ki refecit quae cum nullo successu susceperat Koen in regione 太[e]原 usque ad collis 太[f]岳 meridionalem partem.
tay yuen
tay yo

85. terra 覃懷 utpote fluvii Hoang ho qui saepius alveum mutat et torrentis utriusque 清漳 et 濁漳 qui licet fonte diverso scaturientes, cursu rapido et contorto sese uno ore projiciunt in hoang ho, molestiis exposita, et ideo difficilis reparare: nihilominus in illâ terrâ Tan[g] hoay, merita quae laboribus suis sibi comparavit yu, pervenerunt usque ad omnino coercendum utriusque Tchang[h] furias.
tan hoay
tsing tchang
tcho tchang

Provinciae ky tcheou soli qualitas et illius tributum.

86. resarcitis quae Provincia Ki Tcheou ab aquarum inundatione passa fuerat damnis, yu determinavit quaenam ab illâ exigenda essent tributa.

illius Provinciae terra alba est et arenosa.[i]

87. vectigal quod ab illâ exigitur est in primi[k] ordinis primo, id est in primo gradu, sed non constans, ita ut aliquando sit in 2° gradu. agri illius non sunt nisi in medii medio, id est in 5° gradu.

88. erant adhuc fluvii quorum nondum cursum direxerat, vel terrae tractus quos nondum exsiccaverat yu, sive quia defuerat tempus, sive quia non erant magni momenti. itaque determinatis vectigalibus, fluviis 恆[l] et 衛[m] liber excavatus est cursus et terra 大[n]陸 ita complanata ut in eâ potuerit adhiberi cultura.
heng oei
ta lou

89 regionum maris vicinarum exteri[o] boreales veniunt ad aulam oblaturi vestium

pellicearum vectigal.

90 quia porro ex eorum regione nullum est iter aquaticum ad aulam, necesse est ut ex mare boreali versus Austrum circumeant et quasi comprimendo latus montis 碣石 (kie che) ingrediantur in flumen hoang ho (q), unde iter ad aulam dirigunt.

a 冀州 (ki tcheou) illa Provincia complectebatur Provinciarum hodiernarum 直隸 (tchi ly) id est Pekinensis 盛京 (ching king) id est Leao Tung, vulgatius Koan Tung et 山西 (chan si) partes quae erant ad boream fluminis Hoang ho.

b 壺口 (hou keou), mons in 山西 (chan si) prope 平陽府吉州 (ping yang fou ky tcheou).

c 梁 (leang): id est 呂梁 (lu leang), mons in limitibus 山西 (chan si) ad Nord est 汾州府永寧州 (fen tcheou fou yang ning tcheou).

d 岐 (hou) id est 狐岐 (hou ki) mons in 山西 (chan si) ad occid: 汾州府孝義縣 (fen tcheou fou hiao y hien) diversus ab alio (155, i)

e 太原 (tay yuen) nunc est 太原府 (tay yuen fou) in 山西 (chan si) unde fluvius 汾水 (fen choui) ducit originem.

f 岳 (yo) id est 太岳 (tay yo) nunc est collis dictus 霍山 (ho chan) in urbe 霍州 (ho tcheou) in 山西 (chan si), collem hunc praeterfluit fluvius 汾水 (fen choui)

g 覃懷 (tan hoay) nunc est districtus 懷慶府 (hoay king fou) in 河南 (ho nan)

h 衡漳 (heng tchang) Character ille 衡 (heng) hîc sumitur pro isto 橫 (heng) per fas et nefas, hûc et illûc discurrere. Tchang est nomen torrentis duplicis. unus vocatur 清漳 (tsing tchang) limpidus Tchang. ducit originem ex colle 沾嶺 (tchen ling) 5 lyses ad occidentem 平定州樂平縣 (ping ting tcheou lo ping hien) in 山西 (chan si). alius torrens vocatur 濁漳 (tcho tchang) turbidus Tchang. Scaturit ex monte 發鳩 (fa kieou) ad occidentem 潞安府長子縣 (lou ngan fou tchang tse hien) etiam in 山西 (chan si). duplicis illiûs torrentis aquae uniuntur et postquam per multas ambages hûc et illûc discurrerunt, uno ore se projiciunt in flumen hoang ho.

i 壤 (hoay) terra mollis et quae in glebas non coalescit, id est arenosa.

k 上上 (chang chang) hîc triplex distinguitur vectigalium ordo. 上 (chang) Superior. 中 (tchung) medius. 下 (hia) infimus et in quolibet ordine triplex gradus, ita ut universim sint novem gradus. itaque quando dicitur chang chang, primi primus, sensus est 1us gradus. chang tchung primi secundus, sensus est 2us gradus. chang hia primi infimus, sensus est 3us gradus.... item hia Tchung, infimi medius est 5us grad: H

l 恆 rivus qui ducit originem ex boreali parte collis dicti 恆岳 prope 眞 vel 正定
heng. heng yo tchin tching ting
府曲陽縣 in Provinciâ Pekinensi
fou ku yang hien

m 衛 rivus scaturiens propè 正定府靈壽縣
ouei tching ting fou ling cheou hien

n 大陸 nomen terræ quæ nunc est in districtu 正定府邢臺縣。趙州。深州。
ta lou tching ting fou hing tay hien. tchao tcheou. chin tcheou

o 島夷 insulares exteri, juxtà interpretes insulæ nunc dictæ 琉球
tao y lieou kieou.

p 碣石 mons ad orientem 永平府 in Provinciâ Pekinensi
kie che yung ping fou

q 河 flumen 大河 magnum flumen, vulgatius 黃河 flavum flumen in Sinis
ho ta ho hoang ho
celeberrimum. diu incognita fuit origo fluminis hoang ho usque dum Dynastiæ 元 Princeps
yuen
至元 17° sui regni, id est post Chr. 1276 anno mitteret homines qui famosi illius fluminis
tchi yuen
originem magnis expensis et laboribus tandem invenerunt. ultimis hisce temporibus imperator
kang hi qui tam benè de scientiis meritus est, ad eumdem scopum misit etiam aliquos qui
ex itinere suo reduces confirmarunt et enucleatius adhuc exposuerunt quidquid sub Dynastiâ
yuen dictum fuerat de fluminis Hoang ho origine.

ad Occidentem Sinæ in regione quam vulgò vocant 青海; nos vero kokonor, ex
tsing hay
parte orientali montis pa yan kara, uniùs ex illis qui dicuntur koen lun, scaturiunt duo
fontes quorum aquæ ad aliquot lixium distantiam conjunguntur et efformant rivum quem
incolæ vocant ortan fluvium auri, quia scilicet locus undè scaturit abundat auri fodinis:
iste rivus est propriè fluminis Hoang ho initium.

ad Austrum rivi ortan, ex monte ou kana fung la mou tolo hay, et ad boream ex
monte si la sa to lo hay, veniunt duo rivi qui cum septem aliis variorum locorum rivulis
ingrediuntur fluvium ortan, qui postquam versus Nord est manavit per 300 et amplius
ly, pervenit ad vallem vulgo dictam ou toun tara.

Vallis outountara diameter est 300 et amplius ly. ad illius austrum siti sunt montes
tourpetsin, halaa tarhan, payan ho cho, ad boream vero siti sunt montes ou lan te che,
aketatsikin, pou hou ki lou keng. adeò paludosa est ut ad illam non detur accessus. Sed si

super aliquem ex vicinis montibus ascendatur, apparent innumeri fontes quasi totidem aquae jactus passim in totâ valle scaturientes et spissi non secus ac stellae in caelo: ideò tum lacus, tum vallis in quo situs est vocantur Mungalice outountara*, et sinice 星宿海 stellarum mare.
sing so hay
innumerorum hujusce lacûs fontium aquae omnes sese projiciunt in fluvium ortan qui postquam manavit ad Nord est per 100 et amplius ly, excipit in alveo suo ex monte Parpouha ad boream sito rivum fluentem ad Austrum, et ex monte Kalatarhan ad Austrum sito rivum fluentem ad boream, et tunc ab incolis vocatur Kourban Sourma. versus Sud est ingreditur lacum tcha ling, unde post 50 et amplius ly ingreditur lacum ouo ling. in suo a lacu Tcha Ling ad lacum ouo ling decursu excipit aquas trium fluviorum qui veniunt ab Austro, scilicet Chenatchou, To, Kou ke Tcha, unâ cum aquis fluvii Kara venientis ab oriente. postquam ex lacu ouo ling fluvius Ortan manavit 50 et amplius ly, deflectit ad Sud est et post 100 et amplius ly pervenit ad pedem collis payan tou houn et rursus currit ad Austrum 100 et amplius ly. tunc illius color anteà viridans incipit flavescere. iterum deflectens ad Sud est, lambit Australem partem montis amou ni ma tchen mou sun ta sue, id est 積石 et in decursu
tsi che
excipit innumeros rivulos. post cursum 100 et amplius ly pervenit ad boream montis ouo lan mang nay, unde statim deflectit ad Nord ouest, in decursu excipiens aquas trium rivorum Kourban Koen to lun dictorum, qui ex Australi montis parte fluxerunt ad boream per aliquot Leucarum decades. iterum vertit se ad occidentem, et circuiendo montis Ta sue Nord est, excipit plurium rivulorum aquas. postquam ad occidentem manavit 150 et amplius ly excipit aquas fluviorum hou hou ouo sou et Tsi tsin fluentium ad Nord est unâ cum pluribus rivulis. a loco ubi fluvium hou hou ouo sou excipit, vertit se ad Nord est et post cursum 300 et amplius ly, ingreditur fines 歸德堡 Provinciae 陝西 et incipit vocari 黃河 flumen flavum, quia
Kouei te pao chen si houang ho
scilicet illius aquae rapido cursu fluentes abducunt secum arenam quâ fiunt quasi flavae. a lacu ou ling usque ad Kouei te pao, Mungali vocant illud Ke tun. ex Kouei te pao postquam versus orientem fluxit 400 et amplius ly, pervenit ad 積石關 et ita sinas
tsi che kouan

ingreditur in limitibus 臨洮府和州 provinciae chen si, undè exit ad Tartaros
lin tao fou ho tcheou.
vulgo ortos, et post circuitum satis magnum versus borram, redit versus Austrum et Sinas
rursum ingreditur separans utramque provinciam 陝西 et 山西 undè cubitum efformando
chen si chan si
pergens versus Ortum, ingreditur 江南 undè post cursum 940 circiter leucarum ab
Kiang nan
origine ad ostium, se projicit in mare. difficillimum est flumen illud continere in alveo suo
quem saepissimè mutavit et etiam num mutat. tempore principis yu flumen Hoang ho
alluebat provinciam Pekinensem. videtur adhuc illius antiquus alveus.

+ Hoang ho ab orientali parte montis payan kara undè oritur, usque ad Kouei te pao,
numerando anfractus, percurrit 2300 et amplius ly.

* ex Sing sou hay usque ad Pekinum numerantur 1600 et amplius ly.

ex eodem loco usque ad provinciae Chen si urbem Si ning fou numerantur 1114 Li.

labores yu in provincia yen tcheou.

91 provinciam 兗州 versus Orientem hybernum alluit flumen 濟 et versus
yen tcheou tsi
f 賞于祖 ... 翏于社 tsou significat majores. che significat spiritum terrae, vel
chang yu tsou lou yu che
sacrificium in honorem spiritûs terrae, quod sacrificium, juxtà Confucium referebatur ad supremum Dominum: scilicet quando sinae ad bellum proficiscebantur, secum ferebant tabellam quae destinata erat honorandis majoribus defunctis, et tabellam quae destinata erat honorando spiritui terrae. cum in aliquo loco exercebant relligionis ritus, majorum tabella collocabatur in sinistrâ, tabella vero spiritûs terrae collocabatur in dexterâ

Caput 3um

五子之歌

ou tse tchi ko

quinque fratrum Cantilenae.

Caput praesens continet elegias sive Cantilenas ab imperatoris Tay kang quinque fratribus compositas, in quibus illi exprimunt dolorem quo affecti sunt eo quod incuriâ suâ imperio spoliatus fuerit Tay kang.

191 太康 segnis et iners, statuae similis insidebat Throno. omnes in illiûs
tay kang

quomodo Tay Kang amisit imperium

corde virtutes exstinxerant libido et voluptas, et quamvis ideò populi ab illo forent alienati, nihilominus adhuc sine mensurâ vagari et genio indulgere unicè gaudens, ivit venaturus extrâ fluminis 洛 ripas. centum dies effluxerant, nec tamen revertebatur Princeps Tay Kang. hoc agrè ferebat illius populus.

lo

192. igitur vicini regni 窮 Princeps 羿 ratus se nactum fuisse optimam occasionem usurpandi regnum Principis Tay Kang, interceptit illi fluminis transitum ne posset in suum regnum redire.

Kiung y

occasio elegias cantandi.

193 quinque fratres Tay Kang illum secuti fuerant, unâ secum ducentes suam matrem: sed vel quia iter erat nimis longum, vel quia non poterant illum assequi, expectaverunt ad partem borealem fluminis lo. diu et frustrâ expectato Principe et illius reditus omni spe penitus amissâ, quinque fratres moerore summo affecti, praeclara quae magnus yu reliquerat documenta in cantilenas redegerunt.

1ª cantilena.

194. illorum primus inquit. illustris avi mei Ta yu praeclara haec extant documenta. Princeps debet populis adesse, non debet illos deprimere. populus est imperii quasi fundamentum et basis. si fundamentum sit firmum ac stabile, imperium etiam erit inconcussum.

195. ego ad hoc attendo, quod quamquam praesim imperii populis, nullus est tamen in imperio, sive vilis homuncio, sive vilis mulierecula quae non possit aliquo modo me superare, scilicet quilibet potest si bene me geram, viribus suis adjuvare me ad imperii defensionem; vel a me deficere et sic imperii ruinam causare, si vel in uno peccem: quanto magis si aliquis homo, scilicet ego, tribus, id est pluribus vicibus a rectâ viâ deficiam: tunc enim populi erumpunt in querelas. an igitur expectandum est donec erumpant querelae: nonne satius est antequam ira populorum apparat, cogitare de emendatione.

196 ego regendo populos, semper tremens ac pavidus sum, non magis me fortem

ac firmum existimans quam foret putridus funis cui jungerentur sex equi: et vero qui aliis hominibus praeest, quomodo non paveret ac sibi non invigilaret.

2ª Cantilena. 197 illorum (fratrum) 2us ait. haec adhuc extant magni yu documenta. effrenatè intùs se dedere obscoenis voluptatibus, effrenatè foras venationi indulgere, vino sese ingurgitare, inordinatâ cantionum cupiditate flagrare, excelsis palatiis delectari, domos extra modum decorare et illarum parietes depingere: ex his sex defectibus, si unicus duntaxat in principe reperiatur, difficile averti poterit regni ruina.

3ª Cantilena 198 illorum tertius ait. a tempore principis 陶 唐 scilicet yao, extitit ista 冀 州 terra et fuit imperatoris sedes. sed nunc defecit ab illâ quam olim amplectebatur sanâ doctrinâ. statuta fundamentalia pessumdedit: appropinquant illius ruina et occasus.

tao tang

ki tcheou

4ª Cantilena. 199. illorum quartus ait. O quam longe diffundebatur avi nostri magni yu splendor! regnorum innumerabilium princeps ac Dominus, sancivit leges et instituit consuetudines quae illiùs famam ad posteros usque propagaverunt: ubique similis erat mensura 石 e. ubique concordabat mensura 鈞 f. illarum exemplar asservabatur in principis aerario. praeclarum hunc ordinem interruperunt hujus nostrae aetatis excessus nefandi. jam clauduntur colendis majoribus nostris destinata templa: abolita sunt sacrificia et sacri relligionis ritus.

che

kun

5ª Cantilena 200. illorum quintus ait proh dolor! quo nunc confugiam! hoc ego anxius in corde revolvo. in omnibus imperii familiis nullus est qui mihi non sit inimicus: cui igitur possem inniti. indissolubili molestiâ cor meum exceditur, vultûs mei color immutatur, pudore et verecundiâ erubesco. jam nulla spes datur avorum nostrorum virtutes regenerandi, et etiam si me poeniteat, non possum illud consequi.

a 大康 Tay Kang fuit nepos imperatoris Ta yu et filius imperatoris 啓 Ky cui successit in throno

b 尸 chi olim in ceremoniis quae fiebant ad honorandos defunctos defuncti loco substituebatur aliquis cui deferebantur iidem honores qui delati fuissent defuncto. illa defuncti representatio vocabatur chi. quia ille Chi non habebat nisi apparentiam defuncti, in posterum quando Sinae voluerunt exprimere regem qui non haberet nisi regis apparentiam, nec sciret regere regnum suum, vocaverunt illum Chi. in majorum ceremoniis loco illius chi deinceps substituerunt tabellas ... ideo vocem chi vertimus statua similis.

c 羿 y nomen fuit magnatis qui tempore imperatoris 帝嚳 Ty Ko peritissimus erat in arte sagittas emittendi: ideò deinceps qui eminebant in arte sagittas emittendi, vocati sunt 羿 y. princeps regni 有窮 yeou kiung fortasse ob hanc causam vocatus est y.

d 有窮 yeou kiung nomen regni nunc ignoti

e 石 che sic vocabatur pondus 120 librarum

f 鈞 kun sic vocabatur pondus 30 librarum.

Caput 4um

胤征

yn Tching

Commissa pugna a principe yn.

imperatori Tay kang successit ipsius frater 中康 Tchung kang, sive ut aliqui dicunt, a principe y qui invaserat Ky tchou fuerit ad solium evectus, sive ut alii dicunt, imperium fuerit divisum et princeps y regnaverit ad septentrionem fluminis Hoang ho; et Tay kang, deinde vero Tchung kang regnaverint ad ejusdem Hoang ho meridionalem partem, ita ut ab illo tempore quo y usurpaverat Ki tchou, principum Tay kang et Tchung kang aula fuerit in loco ubi nunc est 開封府太康縣 Kay fung fou tay kang hien in 河南 ho nan. usque ad chao kang principis Tchung kang nepotem, qui recuperatâ Ky tchou provinciâ, in illam transtulit aulam suam. quidquid sit, Tchung kang hic supponitur imperator et jus habens

in Dynastas. hujusce juris vi commisit Principi Yn heou munus pugnandi contra rebelles Hei che et Ho che.

occasio belli declarandi.

201 仲康 ut primum ad Solium evectus, intra quatuor maria dominatum (Tchung Kang) gessit; praefect Principem 胤侯 Sen agminum, id est imperii copiarum ducem. 羲 (hi) 和 (ho) muneris sui partes non adimpleverant: erant illi Mathesios Tribunalis Praefecti, Solis Eclypsim non detexerant; sed Eclypsis tempore in suae ditionis civitate torpebant vino ingurgitati: itaque in heou accepto imperatoris mandato statim cum exercitu suo se contulit ad poenas ab illis reposcendas.

Principis in heou adhortatio ad copias.

202. ad manifestandam illius quam Hei et Ho commiserant culpae gravitatem, in Heou revocans in memoriam praeclara Principis Ta yu documenta, congregatas copias ita suspirans alloquitur. O vos quot-quot vexillis meis aggregatae estis copiae! quae illustris avus noster reliquit nobis documenta, sanè eximia sunt et efficacia, tum ad pacem in imperio fovendam, tum ad imperium contra quoscumque adversos casus muniendum. antiqui nostri imperatores, ait ille, in hoc unice erant intenti, ut quae a Cielo praescripta sunt adimplerent: magistratus primarii nihil agebant nisi juxta aeternam ac immutabilem Cieli legem. Singuli Praefecti juvabant Principem suum ac cum illo concurrebant ad bonum regimen: ac proinde Princeps non poterat non esse in regendo perspicax et rectus.

203. Singulis annis, Lunâ 孟春 (meng tchun) mos erat ut Praefectus dictus 遒人 (tsiou jin) curreret per vicos et plateas, manu gestans campanam ligneam et clamans. Si quis sit in Principe defectus, quicumque Praefecti vel magistri munus gerit, illum ad normam revocet. quilibet artifex, si aliquo opere egregio et affabre elaborato, possit sibi conciliare cor Principis et illud commovere, utatur illo medio ad Principem arguendum et emendandum. Si fuerit aliquis qui in arguendo Principe desit fidelitati quam illi debet, ac muneris sui partes non impleat, sancitae sunt imperii legibus poenae quibus debet plecti

204. jam vero hisce temporibus Hy et Ho tam pias ac sanctas leges funditus everterunt: vino immersi et ingurgitati Praefecturae suae officium prodiderunt et a suo munere recesserunt. a tempore quo viget Astronomia, primi sunt qui Caeli Phoenomenorum ordinem perturbare ausi fuerint et adeo longè a suo officio recesserint: scilicet primâ die ultimae autumni Lunae, Sol et Luna in constellatione 房 fuerunt inter se discordes, id est fuit eclypsis. jam caecus attulerat tympanum. jam foras exiverant magistratus illi inferiores dicti 嗇夫. jam plebs omnis accurrebat. quisque parabat se ad exercendos relligionis ritus quos in hisce circumstantiis leges praescribunt. Hi et Ho quorum erat hosce relligionis ritus dirigere, tamquam statuae sese gesserunt in suo munere; nihil audiverunt, nihil resciverunt, et in illis Caeli apparentiis quasi hebetes et obcoecati, rei facti sunt culpae quam antiqui nostri Principes puniendam decreverunt. ita porro sancitae fuerunt leges. si Caeli Phoenomena eveniant ante tempus praedictum, Astronomus mactetur absque veniâ. si eveniant post tempus praedictum, pariter mactetur absque veniâ.

205. Cum igitur tanta sit ac tam gravis illa quam Hi et Ho admiserunt culpa, nunc ego per vos, quotquot hîc estis congregatae copiae, quas Caelum jubet poenas reposcam. vos igitur generosi milites, unitis viribus imperii negotium gerite. adjuvate me ut cum relligione et reverentiâ suscipiam et exequar justam quam Caeli filius tulit sententiam.

206. nihilominùs cavete ne in poenis quas exposcetis confundantur innocens et reus. quando flammae ardent suprà montem 崑, sine discrimine tam gemmae quam lapides in praedâ sunt flammis. qui porro in poenis exigendis a Caelo est legatus, si virtutem non discernat et illam in peccati poenâ involvat, hic sanè magis est saevus quam ipsaemet furentissimae flammae. absque misericordiâ mactandi sunt qui aliorum sunt duces et capita: qui verò duces adjuvant

ac illos sequantur; siquidem sunt illorum subditi, nec possunt capiti suo non obtemperare, illi non sunt panâ afficiendi: sed enitendum erit ut pravos quos temporis diuturnitate contraxerunt mores, singuli emendent ac renovent.

207. Tandem in Heou suspirans, ita adhortationem suam absolvit. Si severitas vincat amorem, id est, si duce invigilet militaris disciplinae observationi, nec indulgentiâ nimiâ impunitas permittat legum transgressionis culpas, tunc certè negotia prosperè succedent, id est copiae in conspectu hostis impavidae, nihil timebunt nisi deesse officio suo et proinde vincent. e contrâ si amor vincat severitatem, certè pessumdabuntur merita. itaque O vos generosi harum ce copiarum duces, totis viribus disciplinae observationi invigilate.

a 羲和 hi ho sunt illae duae familiae quibus princeps yao commiserat rerum Astronomicarum curam, quae apud illos usque ad hoc tempus permanserat. eclypsim quae 5° principis Tchung Kang anno evenit, illi non praedixerant. culpam hanc punire volens princeps Tchung Kang commisit regni 胤 in regulo munus ducendi copias quae principes Hi et Heo debellarent.

b 遒人 tsiou jin characteres illi designant praefectum cujus munus erat adhortari populos. discurrebat per vicos et plateas manu percutiens campanam ligneam dictam 木鐸 mou to ad populos congregandos et erudiendos. liber 月令 yue ling dicit olim viguisse morem ut in 2a Lunâ praefectus aliquis vicos percurreret manu pulsando campanam et commonendo populos de flagellis quae imminebant eis qui in usu matrimonii non servarent leges a Coelo prescriptas

c 啬夫 che fou inferioris ordinis praefectus cujus munus erat deferri serica quae adhibebantur in actibus religionis qui exercebantur eclypsis tempore.

d 季秋月朔 ki tsiou yue sou ultimâ autumni Lunâ, scilicet anni nonâ: siquidem sub Dynastiâ 夏 hia Calendarii forma erat eadem ac nunc

e 辰弗集于房 tchen fou tsi yu fang sidera non fuerunt concordia in constellatione fang. Liber Tso Tchouen 7° principis 昭公 chao kung anno ait Conjunctio Solis et Lunae est illud quod vocatur 辰 tchen, scilicet ait

libri Chou King interpres Kung in ta, singulis diebus Sol percurrit unum gradum (suppositâ æquatoris divisione sinicâ in 365 $\frac{1}{4}$ gradus.) luna vero percurrit 13 $\frac{7}{19}$: itaque intra circiter 29 $\frac{1}{2}$ diés, Luna absolvit unam revolutionem et Solem attingit. in uno anno hoc evenit 12 vicibus: inde 12 tchen. anno 1° Principis Tchung Kang Lunâ nonâ, Sol et Luna erebant simul apparere in Constellatione Fang: Sed non apparuerunt simul, scilicet Luna cooperuit Solem, sive fuit eclypsis Solis..... hucusque Kung in ta.

Jam vero ex illâ eclypsi alii aliam statuerunt Epocham pro imperatoris Tchung Kang 1° anno. P. Gaubil qui in suâ Chronologiâ sinicâ rem accuratè discussit, omnibus bene perpensis tum in textu Chou King, tum in antiquæ historiæ monumentis, tum in iis quæ de hâc Eclypsi referunt Astronomi, demonstrat illam Eclypsim convenire anno ante Chr. 2155 die 12° octobris manè.

pro illâ Eclypsi tres requiruntur conditiones.

1ª ut sit in 3ª Autumni Lunâ scilicet in Lunâ sequente Lunam in quâ fuerat æquinoctium Autumnale: Siquidem sub Dynastiâ Hia quemadmodum et nunc, æquinoctium Autumnale erat in 2ª Autumni Lunâ dictâ Meng tsieou, sive anni 8ª

2ª ut Sol Eclypsis tempore versetur in Constellatione Fang. constellatio vero Fang continet in æquatore 5ª gradus, quorum 1ª transit per ☋ in eductione 2ª pedis, pro anno 2155 longitudo m. 29° 28' 42". latitudo A. 5°. 26'. 18".

3ª ut Eclypsis satis sit visibilis, utquamvis non fuerit prædicta, nihilominus potuerit a populis animadverti

Regia Principis Tchung Kang erat in Provinciâ Ho nan, ubi nunc est urbs Tay Kang Hien, altitudo poli 34° 4', orientalior Parisiis 7° 30'. in illâ autem regiâ anno ante Chr: 2155 die 12ª octobris, manè juxta Tabulas DD Lemonnier, Cassini, Halley Il fuit Eclypsis Solis quæ habuit conditiones prædictas. Tabulæ Halleïanæ dant ó veram oct: 12ª. 7ʰ. 30'. 14". loca ☉ et ☾. 6ˢ. 0°. 36'. 54". latitudo ☾ borealis 27' 50"..... vide Calculum

1° Solstitium hybernum anni ante Ch. 2154 evenit in Tay Kang Hien die 8ª januarii manè, horâ 1ª 53'. juxtà methodum quæ viguit inter Sinas usque dum Europæi ingrederentur Tribunal Mathematicum, habito semel Solstitio hyberno, 365 ¼ anni dies dividebantur in quatuor partes æquales pro quatuor anni tempestatibus, ita ut unicuique parti assignarentur 91ᵈ 7ʰ 30': proindeque æquinoctium autumnale anni 2155 antè Ch: fuit in Tay Kang Hien 9ª Octobris manè. ergo Luna cujus 1ª dies fuit 12 octobris erat Luna 9ª, sive Luna Ki tsieou, sequens immediatè Lunam æquinoctii autumnalis.

2° Supponendo fixas moveri uno gradu intra 72 annos, Constellatio fang anno ante Ch: 2155 erat circiter circa initium ♎, et ejus ascensio recta quæ juxta Flamsteed, intra 72 annos mutatur 1° 4' 6'' debebat esse anno 2155 ante Chr. 179°. 41'. 23'' et proinde Sol cujus, tempore Eclypsis, ascensio recta erat fere eadem, censebatur in Constellatione fang.

3° Eclypsis fuit visibilis: quamvis enim ex variis tabulis varia eruatur Eclypsis magnitudo: in hoc tamen omnes concordant ut dent conjunctionem Eclypticam. juxtà omnes recentiores tabulas, die 12 octobris anni 2155 ante Chr. Sol in ortu suo erat in Eclypsi. porrò etiam si Eclypsis non supponatur nisi aliquot digitorum, facile erat illam animadvertere in Tay Kang Hien, tum quia Sol in ortu suo nudis oculis facilè conspici potest; tum quia Tay Kang Hien in vastæ planitiei medio sita, Horizontem habet ab omnibus impedimentis liberum: proindeque pro Primo Principis Tchung Kang anno recte assignari potest annus ante Chr. 2155ᵘˢ

f 瞽秦鼓 Kou tseou Kou Cæcus attulit tympanum.... cæcus ille juxta rituum librum erat Musicæ Præfectus qui vulgo seligebatur cæcus, ut rebus exterioribus minus distractus aptior esset Musicæ tonis benè discernendis.

antiquissimæ sunt apud Sinas cæremoniæ quæ fiunt in Eclypsibus. liber Tso Tchouen ad annum Principis 莊公 tchouang kung 25ᵘˢ ait. in Eclypsibus Solis victimæ mactantur, offeruntur serica in templo 社 che et in palatio percutitur tympanum. Scilicet, ait interpres Tou yu

non in singulis eclypsibus hæc omnia fiebant, sed tantum quando Eclypsis erat in mense 正陽 (tching yang) scilicet in 1a Lunâ, tunc reguli offerebant serica ad petendum a 上公 (chang Kung) supremo numine, 救日 (Kieou je) ut liberaret solem. in aulâ percutiebatur Tympanum, et quisque ad semetipsum redeundo arguebat se de suis culpis. harum porro cæremoniarum intentio erat ut quisque sciret quod quemadmodum indecens est solem contegi a Lunâ, ita indecens est subditos tegere et obnubilare Principis sui majestatem..... huc usque Tou yu.

in eodem libro Tso Tchouen, 穀梁 (Kou leang) ad annum 莊公 (tchouang Kung) 25um ait. ad liberandum solem, 救日 (Kieou je) imperator 天子 (tien tse) disponit 5e vexilla et ordinat 5e militum turmas et 5e tympana, reguli vero 3a vexilla, 3 turmas et 3a tympana. magnates pulsant januam, Mandarini reliqui pulsant catinos ligneos.

videri etiam potest quod circa illas cæremonias dicunt 十三經 (che San King) ad eclypsim ☉ sub Principe 莊公 (tchouang Kung). item 周禮 (tcheou ly) sive liber rituum Dynastiæ Tcheou.

antiquæ illæ in Eclypsibus cæremoniæ paulatim in superstitiones mutatæ sunt. ab indiis venit fabula draconis qui enitendo devorare solem, causat illius Eclypsim. nunc Bonzii et plebecula ut terreant fictitium illum draconem, faciunt strepitum, genuflectunt et preces effundunt ut draco intactum solem relinquat: sed illæ insaniæ sunt recentiores quam Cæremoniæ quæ fiunt in Eclypsibus. antiquitus illæ cæremoniæ tympanum percutiendi, genuflectendi ♃ fortasse nihil mali habebant, scilicet ut indicat Tou yu in loco modo citato sol imago est imperatoris, eclypsis autem imago alicujus calamitatis quæ tendit ad obscurandam imperatoris majestatem. in Eclypsi solis offerebantur serica, fundebantur preces, parabantur milites et arma, Tympani percussione convocabantur populi ad significandum quo zelo in calamitatibus quæ imminent Principi, quilibet subditus debet se totum impendere pro sui Principis conservatione. itaque dies Eclypsis aspiciebatur tamquam imperii dies festus ac solemnis: ideo magni momenti erat ut populi scirent Eclypsis diem: proindeque peccatum Mathematicorum Hi et Ho qui eclypsim non prædixerant, erat gravissimum.

g qui erraverit prædicendo Eclypsim serius vel citius quam revera evenit, morte mulctetur absque veniâ. hic agitur de legibus quæ ab antiquis imperatoribus fuerant statutæ. ergo concludendum est jam ab antiquis temporibus extitisse methodum Eclypses supputandi et prædicendi, quicumque fuerit ille methodus: alioquin tunc puniendi errantem in Eclypsis prædictione fuisset injusta.

porrò ex eo quod inferius dicitur cavendum esse ne innocentes involvantur in reorum panâ, sed dantaxat puniendos esse rebellionis duces, concludunt aliqui Principes Dei et Deo rebellionem etiam molitos fuisse: sed in hoc sensu dici possunt rebellionis authores, quod incautâ suâ dederint occasionem commotioni quæ orta est inter populos ex inexpectato Eclypsis Phænomeno.

Pars 3ª

商書

Chang chou

Liber Dynastiæ Chang

in hâcce parte, Dynastiæ Chang Historicus refert praeclara de bono regimine effata, tum imperatorum, tum sapientum qui floruerunt sub Dynastiâ Chang.

Dynastia Chang ortum ducit a 成湯 (tching tang) nepote principis 契 (sie) qui erat filius imperatoris 帝嚳 (ty ko), cum ille sie factus fuerit praefectus 司徒 (sse tou) in loco dicto 商 (chang): inde Dynastia chang nomen desumpsit.

ex 40 capitibus quae continebat olim haecce tertia pars, duntaxat supersunt decem et septem.

Caput Ium

湯誓

Tang chy

Adhortatio Principis Tang.

湯 (tang) sive 成湯 (tching tang) non est nomen proprium, sed ut aiunt aliqui, nomen principi post mortem impositum. principis Tching Tang familiae nomen erat 履 (ly), nomen vero proprium 子氏 (tse che). Cum Dynastiae 夏 (hia) imperator 桀 (kie) tyrannide suâ populos opprimeret; princeps Tching Tang qui non erat nisi Dynasta sive regulus tributarius, ut mederetur populorum miseriis, adornavit copias ad debellandum imperatorem kie. cum ditionem suam princeps Tching Tang adeo bene administraret, ut nihil posset pati ab imperatoris kie tyrannide: ideò principis Tching Tang subditi et praecipuè urbis 亳 (po) in quâ aulam suam habebat incolae, ignorabant, vel saltem non movebantur a tyrannide imperatoris kie, et malebant tranquillè in suâ patriâ vivere, quam sese exponere belli laboribus. igitur necesse fuit ut princeps Tching Tang populos suos ad justam de tyranno vindictam sumendam animaret: hic est praesentis adhortationis scopus.

208. rex ait. accedite O vos omnes populi mei et attente verba mea audialis. Si hodie suscipiam arma contra imperatorem meum, non est quod ego vilis homuncio temere audeam excitare turbas. Dynastia Hia facta est plurimorum scelerum rea: Coelum jubet illam penitus delere.

209 nunc vero vos populi mei querulas hasce voces effundilis. Princeps noster nostrûm omnium non miseretur. nostrarum messium quae jam maturescunt negotium urgens ille jubet nos deperdere ut demetamus Dynastiam Hia et puniamus illius culpas: quid ad nos illae culpae. hasce vestrum omnium querulas voces ego audivi: Sed Dynastia Hia peccatum habet; et ego, cum reverear supremum Dominum quem illa offendit, non ausim de illâ vindictam non sumere.

210. vos adhuc dicitis: peccatum Dynastiae Hia, quid ad nos qui ab illâ non gubernamur et quibus illius peccati damnum non imminet: Sed nonne vos movere debent calamitates quas imperii hui populi patiuntur a sui principis pravitate. excessivis quae imponit tributis familiae Hia princeps omnino populorum suorum vires exhaurit. omnes imperii Hia urbes depopulatae sunt: et inde fit ut tot populorum multitudo negligenter principi suo servial; nec possit inter se concordiam fovere. perfidus princeps non erubescit dicere se in imperio suo esse quod est sol in mundo. populi vero quibus ille summe odiosus est ita in illum imprecantur. modo tu sol noster pereas, nos etiam libentissime unâ tecum peribimus. cum tale sit principis Hia execrandus populos regendi modus, absque morâ certe curam ad panas ab illo reposcendas.

211. Sed ego solus non valeo panas illas exposcere: vos igitur ne me solum relinquatis, sed adjuvate me ut simul possimus Coelum adeo graviter offensum ulciscei. ego certe merita vestra praemiis amplissimis decorabo: ne mihi diffidatis, non is ego sum qui datam fidem frangere possim: quae ego promisi non aufero. Si vero inter vos aliquis esset qui illis ad quae modo vos ego adhortatus sum non obsequeretur, non

tantum puniam illam, sed puniam ejus familiam ejusque posteros absque eo quod supersit illi ulla spes veniae consequendae.

a 商 chang regnum cujus olim princeps 契 Sie filius imperatoris 帝嚳 Ty Ko fuerat praefectus 司徒 Sse tou illius Sie nepos princeps Tching Tang erat hujus regni regulus quando evectus est ad imperii solium. inde nomen desumpsit Dynastia cujus ille fuit fundator. regnum chang situm erat ubi nunc est districtus 歸德府 Kouei te fou in 河南 ho nan

b 亳 po juxta interpretes triplex fuit regia vocata po, scilicet 北亳 pe po, 南亳 nan po, 西亳 si po.

北亳 pe po borealis po, sive 景亳 King po nunc dicitur 蒙城 meng tching vel 薄縣故城 po hien kou tching. sita est in 河南 ho nan ad Nord est 歸德府商邱縣 Kouei te fou chang kieou hien. proprie erat regni Chang regia, ubi habitabat Princeps Tching Tang quando evectus est ad solium, et ubi dicunt ipsius avum Ty Ko etiam habuisse aulam. male aliqui illam confundunt cum alio loco in 山東 chan tung etiam vocato po Hien kou tching.

南亳 nan po meridionalis po. aliter dicitur 穀熟故城 Kou chou kou tching. sita est ad Sud ejusdem urbis Kouei te fou chang kieou hien. proprie erat regni Chang regia quando Tching tang evectus est ad solium.

西亳 Si po occidentalis po, aliter 亳城 po tching. sita est ad occidentem 河南府偃師縣 ho nan fou yen che hien. ibi dicitur principem Tching tang etiam aulam suam habuisse. sed cum sequentes imperatores alibi commigravissent, demum 盤庚 pan keng in illam occidentalem po regiam suam reduxit et ibi, regni ac Dynastiae chang nomen mutavit in nomen 殷 in. y tung tchi ex quo haec omnia desumpta sunt, fatetur circa tripliam po nihil esse admodum certi.

Caput 2um

仲虺之誥

Tchung hoei tchi kao

Magnatis Tchung Hoei oratio.

debellato tyranno Kie princeps Tching Tang timebat ne posteritas illum accusaret rebellasse contra suum principem, et illius thronum usurpasse: idco primarius regni Tching Tang minister dictus Tchung hoei, hac oratione principem suum a metu exonerare nititur

212. 成湯 debellato imperatore 桀 illum detinebat in meridionali plagâ dictâ
tching tang Kie
b
南巢 quo post perditam pugnam ipsemet Kie effugerat. talis erat Tching Tang, cui
nan tchao
noxæ levis vel ipsamet apparentia veniebat in relligionem. ideò pro suâ pietate quasi erubescens aiebat. timeo ne posteritas accuset me verbis duntaxat, non autem corde æquitatem et Zelum intendisse.

213. ad dissipandos principis scrupulos 仲虺 primarius Tching Tang minister, hanc
a
tching hoei
principi suo orationem habuit. eheu! quas a Cœlo populi in creatione suâ acceperunt facultates, si desit Dominus qui illas dirigat, quam facilè turbantur et ad pravum devergunt. Cœlum igitur in tempore gignit aliquos qui sagaci perspicacitate regant ac turbas impediant. virtutem funditùs evertit hia ouang. illius populi calamitatibus obruti jacent, non secus ac si forent vel in luto profundo immersi, vel in prædâ furentibus flammis. Cœlum, O Princeps, largitum est tibi fortitudinem et sapientiam. factus es omnibus regnis optimi regiminis exemplar. tuum est continuare et propagare præclara quæ olim magnus yu quasi induit virtutum ornamenta. reverenter obsequi Cœli mandatis, hoc erit sanè eximiis magni yu documentis te conformare.

214. reus est hia ouang. in iis quæ præscribebat subditis suis, illusit ac decepit supremum Cœlum. tot nefanda quibus ille sese inquinavit, moverunt supremum Dominum, ut eligeret familiam Chang quam imperii solio imponeret, et quâ uteretur ad regendos imperii populos.

215 qui sapientiam spernerent, vilipenderent authoritatem; quot abundabant in imperio ejusmodi nebulones, quos Dynastiæ Hia princeps Kie ad magistratus evexerat? ideò cum primùm venimus in possessionem imperii Hia, tot improbis eramus exosi et ab illis habebamur quasi lolium inquinans segetem, vel quasi palea in medio tritici nundum ventilatione purgati. sive parvi, sive magni, omnes ex populo nostro expavescebant; nullus erat qui quamquàm nullæ sibi conscius culpæ, sibi tamen non timeret:

quanto magis illis odio esse debuit tua virtus quam omnes praedicant et incessanter audiunt.

216. et verò princeps carnis voluptates lascivosque cantus fugit et abhorret. non inhiat lucro. divitias non recondit. qui talentis abundant, abundanter illis confert munera. qui abundant meritis, abundanter illis largitur praemia. utitur hominibus tamquam uteretur se ipso, id est intimo amore illos tractat. proprii amoris omni labe immunis, emendat sine morâ quos habere posset defectus. benignum et amabilem se praestat subditis. aequitatis illius fama jam volavit ad omnes imperii populos.

217. olim 葛伯 (id est regni Ko Dynasta ex illis qui vocantur Pe.) ex lege
Ko pe
aboleverat Caeremonias pro parentibus defunctis. imperator aliquos legavit qui causam inquirerent. respondit Dynasta sibi deesse unde pro defunctorum Caeremoniis faceret oblationes. statim imperator misit ex regiae suae Po territorio colonos qui agros ejus excolerent, praeterea senes et pueros qui illi offerrent comestibilia. Ko pe sibi desumpsit comestibilia, interfectis iis qui ea ferebant. itaque cum Ko pe ita hostiliter se gessisset cum iis qui illi ferebant comestibilia, imperator suscepit armis illum punire, ita ut armis punire delinquentes, ex Ko pe duxerit initium. non enim solum Ko pe, sed etiam omnes alios Dynastas qui male se gerebant armis debellavit imperator: itaque populi calamitatibus oppressi reclamabant imperatorem et certatim invitabant ut veniret armis illos liberaturus. si imperator arma inferebat ad Orientem, occidentales exteri conquerebantur. si arma inferebat ad Austrum, boreales exteri conquerebantur ac dicebant: quare nos solos derelinquis et aliis postponis. populorum vero ad quos ille se conferebat familiae omnes exultabant ac sibi invicem gratulabantur dicentes. principem nostrum tamdiù expectavimus. ut primum venit, omnes reviviscimus. ita populi jam a longo tempore sese totos Dynastiae Chang devoverunt

218 totus igitur in eo debes incumbere O princeps, ut in imperio floreat bonum regimen.

et adimpleas boni Principis partes. plurimi facias illos qui talentis ac sapientiâ pollent. qui virtutibus eminent, illos authoritate tuâ fulcias et adjuves. qui se tibi ac imperio sinceros ac fideles exhibent, illorum praeconia palam evulges. qui nonnisi bonum et aequum intendunt, illos fove et illis obsecunda. qui viribus infirmi sunt ac debiles, committas illos aliis qui viribus et authoritate pollent. nebulones qui nimium viribus suis confidunt acriter oppugna. qui leges evertunt ac turbas excitant, in illos manus injice. qui perditis moribus suis sunt civiliter quasi mortui, probrosis in illos animadverte suppliciis. uno verbo qui a recto aberrant, coneris illos revocare, confirmes vero illos qui stant in bono: tunc certe efflorebit imperium.

219 Princeps qui quotidie sese in virtutibus exercet et quasi renovat, omnia orbis terrarum regna illum intimo amore prosequuntur. qui vero semet ipso plenus, suam sibi virtutem sufficere existimat, non tantum exteri, sed ipsimet novem consanguinei ab illo deficiunt. jam verò quamquam emineat ac abundet Principis virtus, nihilominus Princeps in eo totus esse debet ut virtutes suas accrescat adhuc et accumulet. debet illas in medio populorum quasi plantare, ut possint esse populorum exemplar et norma. in gerendis negotiis aequitati consulat. juxta rationis leges populorum corda dirigat: ita poterit famam suam ad posteros propagare. adagium illud saepissimè audivi. qui sese ita demittere potest, ut sibimet ipsi non fidens habeat aliquem tamquam magistrum, ille regnare dicendus est. qui vero alios sibi postponit, ille quasi mortuus est et moribus perditus. qui amat alios interrogare et consulere, ille vere est excelsi animi. qui non consulit nisi se ipsum, ille vilis est homuncio.

220 tandem Tchung hoei exclamans ita orationem suam claudit. negotii felix exitus pendet ab ejus initio. igitur Princeps in hisce regni tui initiis utere illis qui leges amant et observant, illosque in officio constituas. nebulones vero ac improbos deprime. aeternam Caeli legem venerare et amplectere: ità in aeternum conservabis quod tibi a Caelo commissum est solium.

a 仲虺 erat principis Tching Tang primarius minister; nepos illius 羲仲 qui
Tchung hoei hy Tchung
floruit sub principe Ta-yu. Cum Sinæ plurimi fecerint Hi Tchung in illius memoriam dederunt Hi
Tchung nomen quatuor stellis quæ sunt in alâ superiore Cygni propè caput Draconis.

b 南巢 est locus nunc dictus 居巢故城 quinque Ly ad Nord est 廬州府巢縣 in 江南
nan tchao Kiu tchao kou tching lu tchou fou tchao hien kiang nan

c 葛伯 regulatus cujus ditio vicina erat ditioni Chang. dicunt illius aulam fuisse ubi nunc
Ko pe
est 葛城 ad boream 歸德府寧陵縣 in 河南
Ko tching Kouei te fou ning ling hien ho nan

d 舊哉 jam a longo tempore Hi scitiat quando Dynastiæ Chang principis Tching Tang
Kieou tsay
erat diuturnat regulus, populi jam ad illum confugiebant, quasi qui solus uideri posset illorum calamitatibus.

Caput 3um

湯誥

Tang Kao

Oratio imperatoris Tching Tang.

Tching Tang postquam deturbatâ Dynastiâ Hia, ipsemet imperii solium consendisset; regiam suam transtulit in occidentalem Po. Cum illuc omnes imperii tam Dynastæ quam magnates convenissent, novo imperatori fidem jurandi causâ, Tching Tang hanc ad illos orationem habuit.

Historici præfatiuncula.

221 profligato Hia reversus princeps, aulam fixit in urbe Po, et ibi ad omnes imperii populos hanc præclaram orationem habuit.

Principis est pietate ac eruditione quæ Cœlum in populorum cordibus indidit recti rectitudinis naturæ lex semina.

222 ita princeps incipit. O vos universorum imperii regnorum selecta multitudo, præbete aures et animum iis quæ ego habeo dicenda vobis. ipsismet plebeiis a magno ac supremo Domino insita sunt in corde virtutis semina immutabilia et in omnibus hominibus conformia. Principis est populos in illâ rectitudinis viâ dirigere.

Hic utpote tyrannus debuit acerbe punire

223. jam vero intimum illud virtutis lumen omnino extinxit Hia ouang. Tyrannidem exercuit, dire et crudeliter tractando vos omnium regnorum universos populos. vos omnium regnorum populi illius crudelitatis ac tyrannidis jugo oppressi, non magis illam sustinuistis quam amaram potionem aut venenosum serpens, ac incessanter coram Cœli

ac terræ spiritibus innocentiam vestram reclamastis. beare probos, improbos verò calamitatibus afficere, hæc est immutabilis Cœli lex. Cœlum detrusit Hia in abyssum calamitatum, ut manifestaret quantam illius scelera merentur pœnam.

Tching Tang a Cœlo mandatum excepit illas pœnas repos cendi.

224. ideò ego vilis homuncio, cum a Cœlo mandatum exceperim manifestam de Hia ouang sumendi vindictam, non ausus sum illi condonare. prius [b] obtuli victimam nigram. priùs reclamavi et invocavi supremum Cœli Dominum [c] ac Principem, ac ab illo inquisivi quomodo punienda essent Hia ouang scelera. menti meæ, viribusque meis non confidens, consului illud sapientiæ absolutissimum exemplar 伊 尹 et petii ut mecum vires et animum uniret, ac pro vobis quotquot Tyrannide oppressi ingemiscitis, ipsemet Cœli voluntatem inquireret.

a Cœlo adjutus fuit.

225 Supremum Cœlum inferioribus populis singulariter adfuit. Sceleratus perterritus fugit ac se abscondit (scilicet in Nân Tchao.) Cœli decretum erroris est incapax. fert secum abundantiam qualis est luxuriantium herbarum et arborum. populi omnes cum fiduciâ debent in illo acquiescere.

timet ne in regendis populis sit viribus impar.

226. Tyranno debellato deerat qui populos regeret Dominus. mihi uni homini Cœlum commisit curam pacificandi et regendi vestra regna vestrasque domos. quantam porro virtutem exigeret in me illud munus! sed cum ego scire non possim utrum non sim alicujus culpæ conscius, tum erga Cœlum, tum erga homines: ideò semper tremens ac pavidus periculum metuo, non secus ac si in profundum abyssum jam jam essem delapsurus.

petit a subditis ut bona suâ agendi ratione se dignos reddant auxilii Cœlestis.

227. vos igitur quæcumque recens mihi subdita estis regna, ne amplectamini illud quod esset rationi absonum. ne immergite vos in pravarum cupiditatum cœno; utque possitis consequi Cœli beneficia, quisque vestrum servet quæ sibi in corde indita est æternam et immutabilem legem.

228 quilibet vestrum egerit bonum, absit ut ego illud celam: quin immo manifestabo palam ac præmiabo. si ego habuerim aliquem defectum, absit ut illud celem ac

mihi condonem. omnia enim tam bona quam mala aperta sunt et manifesta supremi Domini intelligentiae. quodcumque peccatum habuerit quilibet ex omnibus imperii vestri regnis, illud in me rejicietur, utpote qui vos non bene regam. quodcumque vero ego unus homo admisero peccatum, illud omnium vestrum regnorum nulli imputabitur.

229. O, si possimus haec omnia quae modo dixi adimplere; hinc certe prosperum finem consequemur.

a 降衷 infudit intus. Hic hic certè agitur de lumine naturali quod supremum ens infudit
Kiang tchung
in uniuscujusque nostrum mentibus, et quod nullus est adeo barbarus qui non in se habeat: conforme est lumen illud in omnibus hominibus, sed privatis passionibus facile obfuscatur: idco Caelum constituit principes qui invigilent ne populi ab illo naturali rationis dictamine deflectant.

b 敢用玄牡敢昭告。 dicit se usum fuisse victimâ nigrâ, id est bove nigro ad
Kan yung hiuen meou Kan tchao kao
commonendum Caelum. Scilicet antiqui imperatores quotiescumque alicujus momenti negotium suscipiebant, prius offerendo victimam commonebant Caelum, immò et majores suos. hanc commonitionem exprimit character 告 qui componitur ex 牛 bos, et 口 os, quasi diceretur uti bove ad loquendum
Kao niou Kreou
vel commonendum. nunc vero Character 告 significat quamlibet commonitionem
Kao

c 告于上天神后. ad commonendum supremum Caelum et spiritualem principem.
Kao yu chang tien chin heou
interpretes contendunt Characterem 后 qui propriè significat principem, hîc designare illud quod
heou
vocant 后土 spiritum terrae: sed quemadmodum Confucius dicit sacrificia quae fiunt sive in
heou tou
honorem coeli, sive in honorem terrae, singula referri ad supremum Coeli ac terrae Dominum: quidni etiam hîc dicatur principem Tching Tang significare voluisse supremum spiritum Coeli ac terrae Dominum.

Caput 4^am

伊訓

y hiun

Monita Magnatis y yn

defuncto imperatore Tching Tang, throno successit ipsius nepos 太甲 (tay kia). Magnas 伊尹 (y yn) qui tunc gerebat personam primi ministri vulgo dicti 冢宰 (tchung tsay), ut novum imperatorem avi sui Tching Tang exemplo ad virtutem excitaret, haec illi tradidit documenta.

qua occasione y yn adhortatur Principem Tay kia.

230. anno primo (imperatoris Tay kia) Lunâ duodecimâ, die 乙丑 (y tcheou) y yn praedecessori Principi justa persoluturus, deduxit Principem successorem Tay kia coram avi sui defuncti manibus. hîc aderant omnes 侯服 (heou fou) et 甸服 (tien fou) reguli et cujuslibet ordinis Magistratus ibi erant congregati ad audiendum quae supremus imperii minister sive 冢宰伊尹 (tchung tsay y yn) esset illis significaturus. y yn porro ut edoceret novum Principem, ita numeris omnibus absolutam dignissimi avi virtutem magnificare incipit.

y yn Principi Tay kia in exemplum proponit Dynastiae hia evectionem et ruinam.

231. eheu! qui primi olim solio insederunt familiae Hia imperatores, quia virtuti incumbebant, nullis tunc Coeli calamitatibus fuerunt obnoxii. nullus erat ex montium fluminumque spiritibus aut ex mortuorum manibus qui non foret propitius. ipsamet bruta animalia, volatilia, pisces et caetera aquatilia illis quasi obsecundabant. quando vero tam dignorum imperatorum posteri defecerunt a majorum vestigiis, supremum Coelum debitis illos plectere volens poenis, usus est nostrâ id est Dynastiae chang manu, cui ideo largitum est imperium. ab urbe 鳴條 (min tiao) incepit bellum et Dynastiae hia ruina. a regiâ 亳, scilicet boreali, orsa est nostra id est familiae Chang ad imperium evectio.

quomodo Tching Tang subditorum corda sibi devicit.

232. porro noster Dynastiae Chang Princeps, scilicet Tching Tang, ut primum est ad solium evectus, regimen sanctum passim in imperio toto instituens, Tyrannidi substituit benignitatem: ideo populi omnes affectu sincero illum quasi in visceribus complectuntur.

Tay kia debet attendere sui regni initiis

233 nunc vero Princeps, si velis illas virtutes imitari et continuare, totum hoc pendet a primis regni tui initiis. vigeant amor erga parentes, veneratio erga superiores, primo in privatâ familiâ, deinde in ditione tibi subditâ: tunc demum intra quatuor maria virtutes illae facile disseminabuntur.

234 quas eheu! impius Kie funditus everterat fundamentales humanae societatis

quas in principe Tching Tang debeat imitari virtutes.

leges, antecessor tuus Princeps Tching Tang primus restauravit ac restituit. qui suis illum adjuvabant monitis, iis ille obsecundabat nec refragabatur. primorum hujusce Dynastiae temporum illorum populi omnes erant dociles. qui praeerant aliis erant perspicaces, nec poterant decipi. qui subjacebant erant fideles ac sinceri. laudibus animos excitabat Princeps et ad laudandum non exigebat omnimodam perfectionem et cujuslibet defectûs immunitatem. in semet ipsum perficiendo semper invigilabat, quasi si non posset illam perfectionem consequi. haec sunt media quibus ad universorum regnorum dominium pervenit. quantae porro in constanti harumce virtutum observatione occurrunt difficultates.

quanta curâ Tching Tang seligebat praefectos.

235 ut facilius quem intendebat, imperium in bonum immutandi finem consequeretur, diligenter inquisivit et per totum imperium dispersit viros sapientiâ et virtute praeditos, qui suâ in regendo prudentiâ, non tantum majores vestros, sed etiam vos qui estis illorum posteri possent adjuvare.

triplex morum pravorum species otio defectus qui serpere possunt inter praefectos.

236 Praeterea ut a malo deterreret illos qui sunt in dignitate constituti, sancivit supplicia Magistratibus infligenda, et illos ita est allocutus. quicumque audebit absque ullâ discretione indesinenter in Palatio vel Tribunalibus Choreis vacare, vel ebrio similis domi decantare, magicis incantatoribus assimiletur. qui audebit divitias et carnis voluptates avidius consectari, et indesinenter otiosâ deambulatione vel venatione tempus terere, dissolutus ac moribus perditis censeatur. qui audebit praeclara sanctorum nostrorum documenta subsannare, qui fidelitatem ac sinceritatem violare, qui aetate ac virtute provectos arcere, qui cum juvenibus ac perditis luxonibus amicitiam inire, ille turbulentus censebitur. ex illâ triplici morum pravorum specie, vel ex decem defectibus suprà recensitis, si quis tum ex primoribus magistratibus dictis 卿 King, tum ex aliis magistratibus dictis 士 che vel unico fuerit infectus, certè ipsius familia peribit et quasi sepelietur. si aliquis Dynasta vel unico fuerit infectus, ipsius regnum certe evertetur. a fortiori quid erit si vel unico ex ejusmodi vitiis fuerit infectus qui vices

imperatoris gerit. ideò subditus qui principi adulatur, nec cogitat de illo arguendo et cohortando, plectendus est supplicio 墨 mo, id est in ipsius carne incidendæ sunt infames notæ, ut ita cognoscantur magistratuum candidati quomodo se gerere debeant.

virtus exercenda est etiam in minimis rebus.

237 igitur O Princeps, tam illustris avi successor, tibimet ipsi religiosè invigiles, et in corde tuo recogites antecessorum tuorum documenta. O quot et quanta sunt pia illa documenta! quantum undique sparserunt fulgorem! tibi caveas et attendas: supremi Domini decretum non est K immutabile. qui bonum agunt, illos manent innumera bona: qui vero a virtute deflectunt, plectuntur innumeris pœnis: ideo semper enitens agere bonum. quotlibet exercendæ virtutis occasio, ne tibi videatur parvi momenti. in rebus parvi momenti virtutem exercendo regnorum universorum decus et gloria constituunt. ne agas aliquid quod virtuti repugnet, quamquam in rebus non magni momenti. antiqui imperii occasus et ruina ex parvis defectibus initium ducit.

a 元祀 yuen sse primo anno, scilicet principis Tay kia. Sub Dynastia 夏 kia annus vocabatur 歲 soui. Sub Dynastia 商 chang vocabatur 祀 sse. Sub Dynastia 周 tcheou vocatus est 年 nien. tempore 唐虞 tang yu vocatus est 載 tsay

b 十有二月 che you eul yue duodecima Luna, hunc erat illa in quâ occurrebat solstitium hiemale: siquidem sub Dynastia 商 chang 5ª anni Luna fuit Luna 丑 tcheou. sed quoniam ante Chr. anno, non potest certo statui. aliqui reponunt 5ª illam principis Tay kia annum, anno ante Chr. 1719. alii vero anno 1738.

c 伊尹祠 y yn ssé eum sacrificaturus. scilicet Luchis tempore princeps nullam per seipsum faciebat ceremoniam in templo colendis majoribus destinato, neque gerebat ulla imperii negotia: sed omnia referebantur ad summum imperii administratorem dictum 冢宰 tchung tsay

d 祠于先王 ssé yu sien ouang sacrificaturus prædecessori principi. quinam porro erat ille prædecessor principis? Kung ngan kouo inquit 太丁 tay ting filium principis Tching Tang ante patrem suum obiisse, ideò 太甲 tay kia principis 大丁 tay ting filium immediate successisse imperatori Tching Tang. alii dicunt inter Tching Tang et Tay kia duos imperatores fuisse. sed quidquid sit de prædecessore immediato principis Tay kia, certum est quod in actibus religionis quos Tay kia exercuit erga majores suos

praecipuè coluerit Principem Tching Tang, tum ob ejus eximias virtutes, tum quia erat Dynastiae fundator: ideo y yn illum tamquam exemplar proponit imperatori Tay Kia.

e 鳴條 locus in 山西 ad occidentem urbis 解州安邑縣 quae erat Dynastiae Hia
min tiao chan si Kiay tcheou ngan y hien
regia. dicunt locum illum ming tiao fuisse voluptuarios hortos in quibus sceleratus 桀 frenum
Kie
laxabat crapulae, obscaenis voluptatibus, aliisque nefandis

f 立愛 tritum apud sinas adagium. Princeps debet regimen bonum incipere a suâ familiâ,
ly agay
deinde a suâ ditione: postremo sequetur imperii totius bonum regimen.

g 巫風 incantatorum mores. vou propriè est homo qui cum spiritibus communicat et
vou fung
ab illis aliquid petit. Tartaricè vocatur 圭, id est inquit dictionarium, homo qui coram spiritibus,
saman
illorumque imaginibus, altaribus H recitat preces, et cantando choreasque agendo invocat illos.
hoc officio fungebantur olim tum viri tum mulieres. viri vocabantur 巫 mulieres vero 覡.
vou Kii
in primitivâ suâ institutione illi vou nihil habebant mali: sed paulatim in superstitiones et
magicas artes defecerunt. tales fuerunt Kieou ly, quibus tam acriter sese opposuit Tchouen Hiu.
tales etiam fuerunt San miao quorum incantationibus et magicis artibus imperatores yao et
Chun remedium afferre conati sunt.

h 風 propriè significat ventum. usurpatur etiam ad designandos pravos mores qui serpunt
fung
quasi ventus. hic agitur de pravis moribus: ideo Tartari verterunt characterem 風 per vocem 圭
fung temoun
id est falsa lex, pravi mores. H vox graeca δαιμων quoad sonum simillima est voci Tartaricae:
fortasse eadem idea, idemque fundamentum. hic enumerantur 圭圭三風 tres pravorum
ilan temoun San fung
morum species, quorum poenas incurrere debent qui sex defectibus enumeratis sunt obnoxii

i 十愆 decem defectus. 1° choreas agere et saltare. 2° ebrii more cantare. 3° amor divitiarum.
che kien
4° amor mulierum. 5° excessivus amor deambulationis. 6° amor nimius venationis. 7° monitis
salutaribus non parere. 8° a sinceritate et rectitudine deficere. 9° probos ac virtute praeditos
a se et a magistratibus arcere. 10, viles ac moribus perditos nebulones in muneribus collocare

k 上帝不常。 Supremus Dominus non est immutabilis, scilicet in eo sensu qui passim
chang ty pou tchang

inculcatur in libris canonicis. Supremus Dominus adest illi qui Cœlesti favore se dignum præstat: qui vero a virtute deficit, Cœlum etiam deficit ab illo. ita Cœlum æquitatem suam manifestat et propriè non mutatur; sed mutationi hominis sese accommodat.

Caput 5um

太甲

Tay Kia

Tay Kia initio quo solium conscendit a virtute deflectebat: scilicet nimium faciles præbebat aures multitudini adulatorum qui illum circumstabant et ad malum impellebant. Magnas y yn arguit Principem, sed frustrà: Princeps non obtemperabat. itaque y yn deduxit Tay Kia in palatium prope imperatoris Tching Tang sepulturam, ut ibi commoraretur et ita se subtraheret pravorum aulicorum perversis dogmatibus. Princeps tribus annis ibi commoratus est et eximia Principis Tching Tang quæ y yn in memoriam illi revocabat dogmata meditatus, ad meliorem frugem se recepit ac rediit in regiam Po, ubi deindè imperium sapientissime rexit: monita magnatis y yn refert historicus in præsenti capite quod tres complectitur sectiones.

Sectio Superior.

y yn refert quo successu adhortatus fuerit principem Tching tang, ut inducat Tay Kia ad imitandum avi sui docilitatem.

238 Princeps successor non obtemperabat monitis Magistratûs 阿衡 (a, heng), scilicet y yn

239 ideo y yn excaravit libellum in quo ita Principem alloquebatur. Præcedens imperator, scilicet Tching Tang perspicuam illam quam in mentibus nostris Cœlum insculpsit legem, ferventer observabat. relligiosè colebat tam cœlestes quam inferiores spiritus et divinitates, tum 社稷 (b, che tsi), id est frugum spiritus, tum majorum manes in aulis quæ erant illis colendis destinatæ, nec ulli erga illos relligionis ritui deerat. raram illiûs virtutem noverat Cœlum: ideo voluit illo uti, et in illo congessit gravissimum onus imperii regendi et omnium imperii regnorum populos consolandi ac pacificandi. ego y yn ipsemet illum a dextris et a sinistris adjuvi ut populis pacem et quietem procurare posset: possum etiam efficere ut Princeps successor non tantum succedat ipsius regno, sed etiam succedat ipsiûs meritis ac virtutibus.

Dynastia hia floruit quandiu virtuti operam navavit, extincta vero cum a virtute defecit.

240 cum ego y yn in memet ipso attente considero Occidentalis regiae Dynastiam Hia, quantum in primis initiis suis fuerit in omni genere perfectionum absoluta: scilicet primarii ejus ministri erant in omni perfectionum genere absoluti. Subsequentibus saeculis successores Principes illam omnibus numeris absolutam perfectionem assequi non valuerunt: quia scilicet primarii eorum administri perfectionem illam non fuerant assecuti. O Princeps dignissimi Principis successor, attendas tibi ipsi, reverearis tuam Principis obligationem. Si tu Princeps non adimpleas boni Principis partes, eris certe dignissimo tuo avo dedecus et opprobrium.

Tang Kia indocilis

241 Princeps nihilominus non immutabatur. egregia magnatis y yn monita non recogitabat, imo nequidem audiebat.

Tching Tang meditatione Deum ipsum perficiebat et bonos consilia non seligere satagebat

242 itaque y yn rursus ita illum alloquitur. Princeps praedecessor quotidie primo diluculo meditatione se ipsum perficiens, suum excelsae virtutis adipiscendae desiderium manifestabat. ita meditans tranquille sedebat donec sol oriretur. Sibi ipsi diffidens, undique quaerebat viros talentis ac sapientiâ praeditos qui virtutis viam aperirent et in illâ deducere possent non tantum imperii sui populos, sed etiam illorum nepotes. caveas tu ab ejusmodi proborum virorum praescriptis discedere: ita enim tibi detrimentum inferres.

243 enitaris igitur exhibere te quasi virtutum omnium compendium. ne fraenum laxes cupiditatibus: ne inhias nisi quod est aeternum ac durabile

Tang Kia sibi in exemplar proponit Tching Tang

244 similis esse debes venatori qui arcum intendit. prius collineat ac nervo congruè aptat sagittam quam deindè emittit. perpendas igitur Princeps in quo sistere debeas. avi tui vestigiis insiste et illius facinora imitare: tunc certè perfundar gaudio et praeconia tua in aeternum celebrabit posteritas.

Tang Kia indocilis

245 nundum tamen immutabatur Princeps.

246 itaque y yn intra se ita discit. ista Principis in malo perseverantia non

y yn reponit Principem Tay kia in Solitudine prope Sepulturam Principis Tching tang

aliunde provenit quam ex eo quod pravae quibus assueverit consuetudines tam alte radices infixerint, ut videantur quasi in alteram naturam transivisse. Scilicet qui pervertunt illum nebulones nundum arcere tentavi. igitur y yn curavit aedificari palatium in loco 桐 (d tung) ubi erat Principis Tching Tang Sepultura, eâ scilicet intentione ut Principem adhortaretur prope Principis antecessoris manes, et in illâ Solitudine impediret ne Princeps perversis pravorum et nebulonum moribus denuo inficeretur.

247 Magnatis y yn suasu Princeps se contulit in Palatium 桐 宮 (tung kung) ubi luctûs triennalis tempus transegit, et ibi virtutum solidarum exercitio se penitus impendit.

a. 阿 衡 (o heng) o, significat inniti. heng vero bilanx, aequitas, justitia. magistratus quem gerebat y yn ita vocabatur, quia utpote imperii primarius, debebat pacem et aequitatem fovere in imperio. (vide 28, c. et 69)

b. 社 稷 (che tsi) che, ut jam vidimus, significat Spiritum terrae: tsi vero Spiritum frugum. Scilicet quia 后 稷 (heou tsi) bene meritus fuerat de agricultura quam edocuerat populos (69) deinde populi illum venerati sunt tanquam Spiritum frugum: sed fortasse Tching Tang non exhibebat illi cultum eumdem ac exhibuerunt posteri: siquidem Tching tang erat Heou tsi nepos, fieri potest ut non exhibuerit illi nisi cultum qui exhibebatur majoribus defunctis.

c 西 邑 夏 (si y hia) occidentalis regia Dynastiae Hia, scilicet 安 邑 縣 (ngan y hien) in 山 西 (chan si) quae erat occidentalis respectu urbis 亳 (po) in 河 南 (ho nan) quae erat Dynastiae chang regia.

d 桐 (tung) nomen terrae in quâ sepultus fuit Tching Tang. juxta y tung tchi sepultura Principis Tching Tang est supra unum collem 8 ly distantem ab 河 南 府 偃 師 縣 (ho nan fou yen che hien). tempore luctus triennalis quem servare debebat Tay kia, imperii regens y yn illuc illum misit ut meditatione virtutum quae effulserant in Principe Tching Tang emendaret pravas quibus erat deditus consuetudines et ita sese disponeret ad imperii regimen quod tandem feliciter resumpsit post exactum triennalem luctum

Sectio media

in præsenti Sectione, refertur quo pacto postquam Tay tsia emendatus sese recepisset in Regiam Suam Po, Magnas y yn Principis Tching Tang exemplo illum in virtute solidaverit.

Tay tsia emendatus, exacto luctu redit in regiam. 248. expleto triennali luctu, die 1a Lunæ [a] duodecimæ, y yn obtulit Principi Successori diadema vestesque regias, ut rediret in Suam regiam Po.

y yn gratulatur Principi de facto quem illi tribuit cœlum. 249. Deinde y yn exaravit libellum in quo ita Principem commonebat. Si populus desit Princeps, non possunt illi mutuâ æmulatione sese ad vitam bene transigendam excitare. Si Principi desit populus, nihil habet Princeps, unde quatuor imperii partibus possit præesse et illas dirigere ac protegere. Supremus Cœli imperator amat ac protegit nostram Dynastiam Chang: efficit sanè ut Princeps Successor possit continuare et adimplere illius Dynastiæ fundatoris virtutes et largietur tibi solidam et quæ in æternum duratura erit infinitam felicitatem.

Tay tsia patri tanquam erroris pœnitens rogat ut dignetur illum vocare et commitat se illius documentis fore docilem. 250. Princeps manibus et capite [b] inclinato salutans y yn inquit. ego miser tamquam vilis homuncio virtutem huc usque non novi. degener sum et indignus majorum meorum nepos. obsequendo voluptatibus mensuram omnem fregi. frenum laxando cupiditatibus, omnes rationis leges pessumdedi, et memet ipsum sceleribus inquinavi. Calamitates quæ a Cœlo infliguntur, virtutum exercitio averti possunt calamitates quas quisque pravis facinoribus accersit sibi, non possunt eximi. eheu! magistri mei 師保 [c] chi pao documentis, rebellis ego non parui: sed si initio rebellis illa adimplere non valui, nunc innitar virtuti tuæ quæ me potest dirigere et salvare, unicè in illud incumbens ut consequar bonum finem.

y yn gratulatur Principi. 251. y yn manibus et capite inclinato bonæ Principis intentioni applaudens inquit. Princeps qui suimet ipsius perfectioni non allaborat, qui verâ solidaque virtute semet ipsum inferioribus accommodat, est sanè eminens Princeps.

Principi propositum exemplum Tang qui talis erat ac eminebat in Tching tang 252 talis fuit prædecessor tuus Princeps Tching Tang. pauperes et calamitatibus afflictos non secus ac filios amore ac benevolentiâ complectebatur: idò jussis illius populi ultrò

morem gerebant. non tantum inter ipsius ditionis populos nullus erat qui gaudio non perfunderetur: quin immo quicumque incolebant regna suo regno confinia, Principum suorum Tyrannico jugo oppressi, ex ardenti quo tenebantur illius desiderio conclamabant. expectamus Principem nostrum: quando veniet Princeps noster, tunc evanescent omnes illae quibus affligimur calamitates.

253. igitur Princeps, macte animo, et ad virtutem te accinge. oculos conjice in tuum dignissimum avum. ne permittas te vel unico temporis momento voluptatibus ac inertiâ affici

254. in cultu exhibendo majoribus defunctis, cogites de pietate filiali. in tractando cum inferioribus tuis, cogites de reverentiâ illis inspirandâ. si vis longius aspicere et usque ad remotorum regnorum interiora penetrare, cogites de acquirendâ perspicacitate. si velis virtutem audire, id est discernere inter virtutem et vitium, cogites de sagacitate acquirendâ. illa Princeps si adimpleas erunt sanè tua gloria tuumque decus. hoc ego Principis decus, quasi meum proprium decus habebo; nec erit aliquid quod possit illud tibi procurandi bonam voluntatem et conatum in me imminuere.

a 十有二月 hac 12ª Luna nullis designatur characteribus quibus distingui possit ad
che yeou eul yue
quem annum pertineat. proindeque ex illâ determinari non possunt anni Principis Tay kia.

b 拜手稽首 junctas manus elevare ad salutandum vocatur pay cheou. capitis usque
pay cheou ki cheou
ad terram inclinatio vocatur ki cheou. imperator ita salutat y yn in signum honoris quem habet illi tamquam praeceptori ac magistro. y yn vero eodem ritu postea salutat Tay kia quasi suum Principem ac Dominum.

c 師保 che est Magister, paedagogus. pao, protector, patronus. munus quod gerebat y yn
che pao
educandi ac edocendi juvenem Principem vocabatur che pao.

Sectio inferior

255 y yn ut sua Principi inculcet documenta ita pergit. Caelum non amat amore

quam ardua sunt quae princeps debet agere.

caeco: non amat nisi pios ac probos. populus in amore suo non est constans: sed amore prosequitur illos qui benigne illum tractant. Spiritus ac defunctorum manes non constanter accepta habent quae illis offeruntur sacrificia: illa duntaxat habent accepta quae illis ex recto et sincero corde offeruntur. qui igitur insidet throno sibi a Caelo collato; siquidem Caelo, Spiritibus ac populis acceptum se reddere debet: quanta illi inest difficultas in suo munere perfecte adimplendo.

undenam pendent regni ordo vel turbae.

256. Si floreat virtus, florebit etiam bonum gubernium. Si desit virtus, imperium turbabitur. Si in Gubernio Princeps non attendat nisi ad rationis dictamen, nihil erit quod non possit perfici. Si perturbate Princeps gerat negotia, nihil erit quod non pessumdetur. qui eamdem adhibet diligentiam tam in principio quam in fine negotii, ille certe perspicaciâ eminenti praeditus est Princeps.

Tay kia debet imitari principis Tching tang cum Caelo conformitatem.

257. Princeps praedecessor indesinenter et cum relligiosâ attentione incumbebat virtuti: ideò tam unitus ac similis erat supremo Domino cujus personam gerebat. qui nunc regnas Princeps, siquidem continuare debes tam pium praedecessoris tui regimen, debes igitur in illum semper, tamquam in exemplar absolutissimum intendere.

ordo servandus est in virtute exercenda.

258. qui vult conscendere excelsum locum, necesse est ut ab infimo incipiat: qui vult ire ad remotum, necesse est ut incipiat a proximo.

populi sunt fovendi. cavendum a throni periculis.

259. ne parvipendas populorum negotia, (scilicet agrorum et bombycum culturam) labor est in illis ac difficultas. ne tranquillus insideas throno: thronus enim est periculi plenus.

perseverantia.

260. diligentia bonum negotio dabit finem, si adhibita fuerit ab ejus initio

audiendi sunt sequentes, cavendum ab adulatoribus.

261. Si occurrant verba quae cor tuum excrucient, qualia sunt defectuum tuorum increpatio, in illis inquirenda erit tibi vera virtutis via. Si occurrant verba quae faveant inclinationi tuae, qualia sunt adulatorum; ex illis cavenda tibi erit aberratio a verâ virtutis viâ

Princeps debet tam meditari, tum operi manum admovere.

262 eheu! nisi virtutes illas mediteris, quomodo poteris illas consequi? si illas duntaxat mediteris, nec adimplere satagas, quomodo poteris perfectus evadere? ex

unius hominis, scilicet principis eminenti virtute pendet ut emineant etiam omnes in omnibus regnis virtutes.

debet Princeps non adhibere nisi sinceros et integros administros.

263 Princeps, ne te facilem praebendo cavillatorum verbis antiquum evertas gubernium. Si subditus in iis quae de imperio bene meretur non inhiat lucro, nec expiscetur principis gratiam, virtus in aeternum florebit in imperio.

a 天無親 tsin proprie est amor parentum. pater amat filium saepissime amore duntaxat
tien vou tsin
naturali, quamquam filius nullo dignus sit amore. Caelum quamvis hominum supremus parens non amat homines praecisè quatenus filios: amat enim duntaxat illos qui pietate suâ se amore dignos praestant. ideo haec verba Tien vou tsin verti latinè, Caelum non amat amore caeco.

b 配上帝 unitus supremo Domino. notatu sane dignus est ille loquendi modus ad exprimendum
poei chang ty
quantopere principis actiones debeant esse conformes supremi numinis legi.

Caput 6um

咸有一德

hien yeou y te.

y yn jam senex, discessurus a Tay kia qui jam sese ad bonam frugem receperat, rursus adhortatur illum ut imitetur virtutes avi sui Tching Tang. virtutes quae in praesenti capite commendantur, sunt virtutes purae, nullâ vel minimâ labe infectae, unicae. has virtutes designant verba quae faciunt capitis titulum ac desumpta sunt ex ipsomet capitis textu

264. y yn postquam in principe suo Tay kia quasi resuscitasset boni regiminis instituendi animum, jam jam senectutis causâ domum redeundi licentiam petiturus, rursus illi exponit quam relligiosè debeat virtutem excolere.

Caelum non favet nisi iis qui in virtute sunt constantes.

265. eheu! inquit, Caelo non est audacter ac temerè innitendum. decretum illud quo Caelum largitur thronos, non est immutabile. Solus ille qui virtutem colit, gradum suum suamque dignitatem firmare potest ac stabilire. Si vero principis virtus non est constans, brevi cum illo peribunt novem imperii partes

Quare Dinastia Hia predita et Dynastia Chang ejecta.

266 Dynastiæ Hia Princeps, Scilicet Kie, virtutem non constanter coluit; Spiritum contempsit, populorum Tyrannus: idcò Supremus Cæli Dominus illo derelicto, in omnibus imperii regnis considerauit quisnam foret dignus cui viam ad Thronum aperiret, ac deduceret ad imperii regimen. exoptabat hominem qui puram nullisque notis infectam virtutem unicè excoleret, ut illum præficeret Spiritum cultui. hunc temporis, tantummodo ego a qui et Princeps Tching Tang omnino possidebamus unicam illam et puram virtutem quæ valuit Cæli favorem intimum nobis conciliare: idcò Cælum tam clarè manifestauit voluntatem suam præficiendo Dynastiam Chang novem imperii partium populis et repudiando Dynastiæ Hia primam b anni Lunam.

Unica virtus Dynastiam Chang evexit ad Solium

267. non idcò quia Cælum privato amore contra jus et æquum prosequitur Dynastiam nostram Chang evexit illam ad Solium. Cælum amavit dum tuebat illius virtutem unam et nullis notis infectam. non est quod nostra Dynastia Chang quæsiverit, ac per vim reluctantes populos sibi subjecerit: Sed populi ultrò ad virtutem confugerunt.

Virtus una et sua permixta unicum sit speum felicitatem.

268. Si virtus unica sit et pura, quæcumque agantur prosperè succedunt: si virtus alteri vel tertio, scilicet privatis affectibus sit permixta, quantacumque adhibeatur diligentia, nihil agetur nisi cum infelici successu. felicitas igitur et infelicitas, infallibiliter pendent a virtute, quia scilicet Cælum calamitates infligendo et felicitatem largiendo attendit ad hominis virtutem.

Adhortandum ut renovandâ sibi virtute in illa perseverando.

269. nunc, Princeps Successor, siquidem de novo es inauguratus et ad imperii Solium evectus, debes etiam virtutes tuas renovare et in illis perseverare. finis et initium sint idem. utrumque rectum, utrumque ferens: quotidiè d te renovet.

Quinam ad magistratus evehendi

270 ne evehas ad Magistratus nisi eos qui sapientiâ et habilitate pollent: tales præcipue sint qui tibi a consiliis adsint tum a dextris, tum a sinistris. si quos evehas ad magistratus, attende ad illorum virtutem. si constituas aliquos in inferioribus

praefecturis, attende ad populum quem debent alere et instruere. in hoc certè difficultas et ideo tibi adhibenda est diligentia. Semper idem, semper constans, tuae et populorum paci unicae consulas.

virtus ubicumque reperiatur plurimi facienda.

271 virtus non habet magistrum determinatum, vel alicui conditioni alligatum. magister est quicumque bonum agere potissimum ducit. qui bonum agere potissimum ducat, non est determinatus aut alicui conditioni alligatus: sed est duntaxat ille qui unico, scilicet virtuti non permixtae se totum dedere et quasi unire potest.

Si Princeps unice virtuti consulat, quantum inde sibi et toti imperio emerget utilitatis.

272 Si talis sis, Princeps, efficies ut nullus sit in omnibus imperii familiis qui non exclamet, quam praeclara sunt nostri Principis verba! non tantum verba laudibus extollent, sed etiam exclamabunt: unicum est et sincerum, nullâque labe infectum Principis nostri cor: poteris sanè quam accepisti a praecedenti Principe haereditatem in pace conservare et universorum populorum felici vitae in aeternum consulere.

virtutis purae fama transit ad posteros.

273. in templis illis in quibus septem generationum majores excolantur, potest inspici ac dignosci virtus. in illis qui praesunt populorum multitudini potest inspici bonum regimen.

Princeps debet plurimi facere populum.

274. Princeps si non habeat populum, quem habebit qui ipsius mandata exequatur. populus si non habeat Principem, quo pacto poterit sua negotia gerere. vitanda est sui met ipsiûs jactantia et aliorum contemptus. quilibet etiam ex vili plebeculâ homuncio vel muliercula, si non permittatur illi semet ipsum quasi penitùs evacuare, scilicet exponendo quid sibi videatur emendandum, quid agendum pro bono imperii regimine, qui praeest populis Princeps, non poterit comparare, vel saltem non abundanter sibi comparabit merita.

a 惟尹躬暨湯咸有一德. maximè ego y yn et Tang habebamus virtutem unam H
oei in kung ki tang hien yeou y te
y yn loquitur quasi si imperium tam fuisset suum quam Principis Tching Tang et Tay kia: sed ideo sic loquitur, quia erat primus imperii administer et Principis Tay kia pedagogus

b 俾作神主 efficere ut fiat Spirituum Praefectus. hîc advertendum, imperatorem
pei tso chin tcheou
designari tamquam illum qui praeest Spirituum cultui et Sacrificiis. inde patet quam antiquum sit apud Sinas imperatorem solum posse Sacrificare.

c 革夏正. mutare Dynastiae Hia primam Lunam. sub Dynastiâ Hia, prima anni luna
ke hia tching
quemadmodum nunc, erat Luna illa quae designatur Charactere 寅 (in). Dynastia Chang pro primâ anni Lunâ assignavit Lunam 丑 (tcheou) sequentem immediate Lunam 子 (tse) in quâ semper reperitur Solstitium hiemale: ita ut Luna quae sub Dynastia Hia erat 12ª, sub Dynastiâ Chang facta fuerit prima. et deinceps sub Dynastia 周 (tcheou), Luna 子 (tse) assignata fuit pro primâ.

plures historici contendunt sub Dynastia Chang quando pro 1ª lunâ assignata fuit luna tcheou, hoc duntaxat effectum fuisse ut caeremoniae quae fiunt in Lunâ 1ª fierent in lunâ Tcheou, nihil vero immutatum fuisse in antiquo Lunas numerandi modo, ita ut luna dicta yn, in numerando vocata fuerit prima et Luna tcheou quâ fiebant caeremoniae primae Lunae adhuc vocata fuerit 12ª. Sed illa idea quae primâ fronte videtur habere aliquid probabilitatis, facile refutatur ex libris Canonicis et maxime ex libro tchun tsieou, qui sequitur formam Calendarii quae tunc erat sub Dynastiâ Tcheou, sub quâ Luna 子 (tse) in quâ est Solstitium hyemale erat anni 1ª.

1° itaque liber Tchun tsieou Principis 昭公 (chao kung) anno 17° dicit cometam apparuisse. hâc occasione interpres Tso Tchouen Confucii contemporaneus inquit. eodem anno apparuit magnus ignis in Lunâ quae est Dynastiae Hia 4ª, Dynastiae Chang 5ª, et nostrae Dynastiae Tcheou 6ª

eodem anno eclypsis ☉ Lunâ 6ª. famosus Mathematicus 太史 (tay che) qui praeerat Calendario inquit: haec Luna 6ª erat Dynastiae Hia 4ª.

2° in libro 家語 (kia yn) qui refert varia a Confucio prolata, 季康子 (ki kang tse) ita inducitur interrogans Confucium. quomodo fieri potest ut videantur adhuc insecta in hâcce Dynastiae Tcheou lunâ 12ª, quae erat Dynastiae Hia 10ª

3° in libro classico dicto 孟子 (meng tse) quia Mencius est illius author, Mencius inquit, in

septimâ et octavâ Lunâ cadunt pluviæ tam abundanter ut flumina et canales excundent: nisi autem in hisce 7ª et 8ª Lunâ cadant pluviæ, si econtra tempus sit siccum, arescunt messes. porro tempus quo pluviæ abundanter cadunt in Sina non est Luna 7ª vel 8ª Calendarii Hia sed Luna 5ª et 6ª quæ in Calendario Tcheou erant 7ª vel 8ª

inquit adhuc. anni Lunâ 11ª fiunt pontes quibus pedites possint incedere. lunâ 12ª fiunt pontes super quos currus possint transire. illæ porro Lunæ sunt evidenter Dynastiæ Hia 9ª et 10ª: alioquin quo pacto tempore Solstitii hyberni quod est in Lunâ 11ª Dynastiæ Hia possibile fuisset operibus aquaticis manum admoveri.

ergo dicendum sub Dynastiâ Tcheou Lunarum numerum fuisse mutatum, quidquid contradixerint authores magni nominis: ita ut 11ª v.g. Luna in quâ sub Dynastia Hia erat Solstitium fuerit reipsa Dynastiæ Tcheou 1ª... fusius hîc immorati sumus quia essentiale est pro Chronologiâ

d 日新 quotidiè te renoves. liber Classicus 大學 dicit illas voces inscriptas fuisse supra
je sin ta hio
balneos Principis Tching Tang

e 七世之廟 septem generationum miao. character 廟 proprie significat modum
tsi chi tchi miao miao
sacrificandi majoribus defunctis et etiam ipsammet in quâ sacrificatur aulam. Bonzii nunc adhibent illam vocem miao ad designanda colendis idolis destinata templa. juxta 周禮
tcheou ly
» in illo colendis majoribus destinato loco erant septem altaria, sive 7 aulæ, scilicet tres 昭,
tchao
» tres 穆 et 太祖之廟 tres tchao erant tres aulæ laterales ad boream. tres mo erant
mo tay tsou tchi miao
» tres aliæ aulæ laterales ad meridiem: aula vero Tay tsou tchi miao erat in aliarum medio ad
» occidentem et dicitur destinatam fuisse duntaxat ad colendum Dynastiæ fundatorem scilicet
» Heou tsi unde 周文王 ducebat ortum. qui ex defunctis imperatoribus virtute suâ fuerant
tcheou ouen ouang
» insignes, illorum repræsentationes manebant in lateralibus aulis: aliorum vero post aliquas
» generationes repræsentatio auferebatur ... vide infra in capite tsieou kao (533, 6.) ... quem ordinem sub Dynastiâ Tcheou in illis templis habebant imperatores defuncti, probabile est ferè idem fuisse tempore Dynastiæ Chang: sed res non est tanti momenti ut in illâ diutius immoremur.

Caput 7um

盤庚

Pan Keng

Pan Keng erat Principis Tching Tang decimae generationis nepos. Tching Tang aulam habuerat in Occidentali Po, sed propter aquarum calamitates necesse fuerat pluries aulam mutare usque ad Tsou y qui tandem illam satis diu fixit in regione 耿 (Keng). sed tempore Pan Keng, rursus illa imperii regia aquarum inundationibus afflicta est: ideo Pan Keng, ut se suosque populos ab aquarum calamitatibus subtraheret, denuo transmigravit in Occidentalem Po, cui et Dynastiae suae dedit nomen 殷 (yn). quamvis populi continuis inundationibus in regiâ 耿 (Keng) afflicti, cogerentur vitam errantem ducere et quotidie habitationes mutare, Magnates et qui in divitiis suis habebant unde sese a miseriâ communi liberarent, tranquillè vitam ducebant, nec transmigrare satagebant. ideo ad suadendum populis ne transmigrarent, usi sunt dolosis verbis et aliis pluribus artificiis. Pan Keng noluit per vim populos ad obsequium adducere, sed conatus est illis suadere transmigrationis utilitates. hunc scopum sibi proponit in praesenti capite quod dividitur in tres sectiones. prima et secunda exponunt momenta quibus usus est Pan Keng ad persuadendum populis ut transmigrarent. tertia sectio populis gratulatur post illorum transmigrationem

Sectio Ia

historici praefatio

275 Pan Keng, ut remedium afferret calamitatibus quibus populi premebantur in regione 耿 (Keng), voluit regiam suam transferre in regionem 殷 (in). populus qui nebulonum seditiosis sermonibus fuerat praeoccupatus, nolebat transmigrare ad habitationem quae illi assignabatur. ideo Pan Keng universim convocans miseriis oppressorum multitudinem prorumpit in haec adhortationis verba.

quare exeundum de regione Keng.

276. noster Princeps, scilicet 祖乙 (Trou y) venit regiam suam erecturus in hacce plagâ. nos ille populum suum amabat et plurimi faciebat. sane noluisset nos enecare. sed haec ce regio 耿 (Keng) quae tunc erat salubris, nunc est nobis omnibus maxime perniciosa.

populi jam non possunt sibi invicem succurrere ad conservandam suam vitam. per testudinem sortes divai ut inquirerem quid agendum: respondent illi esse transmigrandum: quomodo ergo debeo me gerere

mala quae imminent nisi transmigretur.

277 antiqui nostri imperatores in omnibus alicujus momenti negotiis, Coeli voluntatem inquirebant et illi reverenter obsequebantur. consequenter ad illam Coeli voluntatem, non semper in eodem loco manserunt tranquilli, non semper eamdem habitationem excoluerunt. quinquies usque ad hodiernum tempus mutaverunt regiae suae sedem. jam vero si non imitemur illa antiquitatis exempla et videamur quasi ignorare absolutum Coeli de transmigratione decretum: quis audeat dicere me praedecessores meos imperatores meritis assequi posse.

transmigrationis bona.

278. non secus ac unâ arbore eversâ de novo pullulant alii surculi, ita et in illâ nova regiâ in qua Coelum vult in aeternum vitam nostram assecurare, continuabuntur et quasi resuscitabuntur praeclara antiquorum nostrorum Principum facinora, et inde in quatuor imperii partibus tranquillitas et pax

convocat omnes in suum palatium

279 Pan Keng voluntatem suam populis manifestaturus, incepit ab illis qui in dignitate erant constituti, quibus exemplo illius quod ab omni antiquitate gestum fuerat, confirmat quas de transmigrando tulerat leges. deinde inquit: ne forte aliquis ex magnatibus ausit celare me quae sentiat plebs circa transmigrationem, ego princeps vester jubeo ut omnes in aulam Palatii conveniant.

hortatur ut deponant praejudicia

280. tum Princeps collectas turbas ita alloquitur: O vos omnes accedite, habeo documenta quae tradam vobis. quaecumque habetis in corde vestro praejudicia deponite. abjicite superbiam quâ Principis vestri mandata privatis ideis vestris postponitis. nè dubitaveat vestra privata tranquillitati consulite.

proponit illis veterum exempla

281. olim antiqui nostri imperatores adsumebant sibi viros aetate ac sapientiâ provectos, quibus innitebantur et quibuscum de rebus ad imperii regimen spectantibus deliberabant

quando Princeps edicta sua promulgabat; senes illi ac prudentes Consiliarii non celabant populos Principis sui voluntatem: ideò Princeps illos quibus utebatur Consiliarios relligiosè excolebat ac venerabatur. in Principis edictis promulgandis nullum excidebat querulum contra Principem verbum: ideò populus his sese edictis conformando, mirum in modum immutabatur. jam vero vos nimiâ populorum credulitate abutentes, periculosa et imprudentia effutitis verba: nescio porro quo tendant vestræ hujuscemodi querelæ: quam longè absunt ab antiquitatis sapientum agendi modo!

objurgat magnates de prava quam habent intentione.

282 Si jubeam transmigrationem in terram yn, nihil in hoc lædo meum erga populos amorem. vos vero populorum corda commoventes et memet ipsum contemnentes, amorem illum pessumdatis. vestram pravam intentionem tam clarè video quam viderem ignem. nihilominus propter temporum circumstantias, nolo nunc uti severitate ad vos emendandos: ideo prava consilia vestra videor ignorare, et proindè sum aliquatenùs vestræ culpæ causa

Princeps est funis qui trahit populos. populi non debent parcere labori.

283 Princeps attrahit ac dirigit populos quasi funis attrahit ac dirigit rete. Si funis adsit in rete ut illud dirigat, tunc bene et sine confusione rete dirigitur. labor parit quietem ac felicitatem. Si vires impendant agricolæ ut agros suos excolant: certè consequentur abundantem autumnum.

hortatur magnates ut populis suadeant transmigrationis laborem.

284. vos ergo privatas e corde vestro deponite ideas. ne futili momentanei laboris prætextu avertatis populos à transmigratione. Solidas e contrà quas inde percipient utilitates illis persuadete. Si ita exhibeatis vestrum erga populos, imo et ergà vestros amicos et consanguineos verum amorem veramque pietatem: tunc certe audebo magnis verbis prædicare vos attigisse virtutum cumulum.

laboris fructus ab exemplo agricolæ.

285 non timetis magnas illas calamitates quæ tam remotè quam proxime premunt vos in illâ quam nunc incolitis regiâ et timetis modicum sanè transmigrationis laborem. Si agricola iners et otiosus quieti tantummodo consulat, si non sibi vim aliquam

laborando inferat, si non excolat agros et terras, nullam certe spem habebit colligendi fruges.

exprobrat magnatibus quod sint causa cur populi non obediant.

286 non reprimendo murmurationes neque populos ad obsequium et virtutem adhortando, vos ita vobismet ipsis accersitis damnum. O vos authores calamitatum quas patitur populus, perfidi, deceptores: profecto calamitates illae in vos redundabunt. vestra malitia prior est populorum malitiâ et illorum malitiae causa. deinceps certe poenitebit vos vestri peccati, sed tunc nimis sero, ad quid proderit ille dolor? video aliquot e plebeculâ qui unâ inter se disserentes de transmigrationis negotio verbis illam impetunt ac tamquam damnosam vituperant. cum erumpunt illa populorum querula verba, vos ore mordaci illa adhuc accenditis et impeditis ne usque ad me perveniant. nonne inest mihi vitae conservandae aut adimendae suprema potestas? quare querelas illas non ad me defertis: imò e contrà dolosis et inconsideratis verbis commovetis miseram plebem absterrendo illam a transmigratione. quamquam ferveant animi, nihilominùs est adhuc remedium. non secus ac ignis qui ardet in vastâ planitie, quamvis non liceat propius ad illum accedere, nihilominùs potest adhuc extingui, aut saltem illiùs impetus retardari. igitur monete me ut remedium adhibere possim: alioquin vos omnes vobis accersetis calamitates propter quas ego sane non ero in culpa.

in consiliis adhibendi senes.

287 antiquitatis ille sapiens 遲任 dicere solebat: si seligendi sint homines pro negotiis gerendis, quaeruntur antiqui, id est illi qui longâ majorum meritis conspicuorum serie et suâ in gerendis negotiis diuturnâ experientiâ sunt insignes. si autem quaerantur vasa et instrumenta, non quaeruntur nisi nova et recentia.

tchi jin

commonet illos se avorum suorum merita in illis venerari.

288 olim antiquus noster imperator Tching Tang, quandò nulla ingruebant negotia, unâ cum patribus et avis vestris fruebatur pace et quiete: sed quando opus erat, etiam unâ cum illis patiebatur laborem. vos dignissimorum heroum nepotes, non auderem certè sine causâ vos innocios molestare. Tching Tang sciebat discernere et ad posteritatem propagare avorum vestrorum merita et labores: neque ego etiam illorum virtutes celabo. quando ego primis hujusce nostrae Dynastiae imperatoribus augustos sacrificiorum ritus perago, majores

vestri qui partem habuerunt in illorum laboribus, in ordine suo partem etiam habent in iis quae ad illos offeruntur sacrificiis. Si dociles sitis, praemiabo vos; sed cum illi videant quaecumque fiunt, tum bona tum mala; quomodo ergo auderem praemium conferre illis qui non haberent virtutem et merita. vel, absit ut ego contra rationem vos transmigrare jubeam.

difficultates non debent illos terrere.

289 monebo vos equidem illam transmigrationem esse difficilem. nihilominus, quasi qui statuit emittere sagittam non terretur difficultate scopum attingendi, ita et difficultates transmigrationis non debent nos terrere. erunt certe inter populos aliqui perspicaces qui sentient esse transmigrandum. sive sint viri aetate et rectitudine suâ conspicui, ne illos despiciatis. sive sint orphani et juvenes, ne illos deprimatis. hi et illi possunt vobis sanorum consiliorum authores esse. quisque vestrûm cogitet de eligendâ sibi habitatione fixâ et mutationi non obnoxiâ. quisque sibi vim aliquam inferat ad exeundum et sese subtrahendum illis quae in habitatione praesenti imminent periculis. quisque mei uniûs hominis de transmigrandi necessitate consilium docili aure excipiat.

indociles abstergit timore poenae.

290 absque ullâ distinctione remoti vel proximi, parentis vel exteri, quilibet habuerit culpam, mulctabo illum morte: qui vero se bene gesserit, illius virtutem palam manifestabo. totius imperii bonum omnino pendet a vobis, scilicet a vestrâ in transmigrando docilitate. jam vero si deinceps imperium affligerent calamitates, nonnisi quia ego non exegissem poenas ab illis qui sese transmigrationi opposuerint.

hortatur magnates ut bene se gerant promulgando populis edictum de transmigratione.

291 quilibet itaque vestrum, quam exposui modo voluntatem meam populis promulget. ex hac ipsâ horâ usque ad futurum tempus in quo transmigraveritis, quisque suo diligenter fungatur officio, quisque munus suum accurate adimpleat; quisque ori suo imponat fraenum. si semel in vos suppliciis animadverterim, jam non amplius dabitur poenitendi locus

a 殷 in regio illa juxta interpretes eadem est ac occidentalis po de quâ (208, b) scilicet Do erat generale regionis nomen; yn vero alicujus partis speciale nomen, ex illâ regione yn

quando Pan Keng illuc migravit, Dynastia Chang assumpsit nomen yn, ita ut deinceps modo vocata fuerit yn, modo vocata fuerit chang.

b 于今五邦. usque nunc quinque vicibus aula mutata est, scilicet Tching Tang
yu kin ou pang
aulam habuit in occidentali Po. deinde 仲丁 migravit in 囂 ubi nunc est districtus 開封府
tchung ting ouo kay fung fou
河陰縣河陰倉 in 河南。河亶甲 migravit in 相 quae nunc est 故殷城 ad meridiem
ho in hien ho in tsang ho nan. ho tan kia siang kou in tching
彰德府內黃縣 etiam in 河南. deinde 祖乙 migravit in 邢 ubi nunc est 襄國故城 ad
tchang te fou nei hoang hien ho nan tsou y pin siang koue kou tching
sud ouest urbis 順德府邢臺縣 in Provincia Pekinensi, et demum migravit in 耿 nunc dictam
chun te fou pin tay hien keng
耿城 ad meridiem urbis 吉州 in 山西. porro quia haec ce regio Keng devastabatur inundationibus,
keng tching kii tcheou chan si
Pan Keng voluit ex illâ denuo transmigrare in regionem Po ubi jam aula fuerat antiquitùs.

c 爾祖其從與享之. majores vestri partem habent in illis sacrificiis. scilicet jam tunc
eul tsou ki tsang yu hiang tchi.
temporis in aulâ colendis Dynastiae defunctis imperatoribus destinatâ, reponebantur etiam nomina sive tabellae virorum suis meritis insignium et illis exhibebatur cultus.

d 作福作災 faciunt felicitatem, faciunt infelicitatem. id est juxta interpretes, majorum
tso fou tso tsay.
animae in caelo collocatae vident bona et mala quae fiunt et proindè nonnisi qui merita habent possunt remunerari, vel absit ut absque ratione faciam vos transmigrare: Phrasis enim sinica potest pati utrumque sensum. ...inde patet Pan Keng agnovisse et supponere auditores suos etiam agnovisse animarum immortalitatem.

Sectio media.

pan keng denuo adhortatur illos qui erant indociles.

292 Pan Keng transmigratione fixâ et determinatâ jam jam trajecturus erat flumen ad deducendos populos suos in regiam novam yn. erant adhuc nonnulli quibus utilitas transmigrationis nondum potuerat persuaderi: ideò Pan Keng eos qui inter populum erant indociles, in ipsomet palatio suo adhortari volens, antea vividis energicisque verbis omnes quotquot erant congregati admonet nè augustum imperatoris palatium contemnendo sui principis jussa polluant.

pan keng populos alloquitur in palatio

293 itaque Pan Keng introducto in palatium populo suo, ita illum alloquitur. dociles aures praebete meis verbis, ne sitis rebelles, et mandata mea adimplere ne recusetis.

olim Principes stabiliti unitis viribus paci procurandae laborabant.

294. eheu! olim praedecessores nostri imperatores, propter populum suum nullos reformidabant labores: populi vero Principi suo protegendo unitis viribus et laboribus incumbebant. quamquam ingraveret calamitatum tempus, pauci erant qui adversam Coeli fortunam vincere et superare non allaborarent.

ut exemplum adjungeram iis qui conmigraverunt

295 quando Dynastia nostra gravissimis vexata fuit calamitatibus, antiqui nostri imperatores etiam affligebantur ac nullam capere poterant quietem. ita porro illi se gesserant: scilicet quando viderant populis inde emergendam utilitatem, transmigraverant. quare vos in corde non recogitatis quae de priscis illis imperatoribus fama vos edocet. quotiesunque vos religiosè adhortor et enitor efficere ut relinquatis vestram terram, nonnisi quia gaudeam vos frui pace ac tranquillitate: minimè vero quod habueritis peccatum quod ego velim punire.

transmigrando utilitatem suorum summam consequuntur.

296 Si ego convocaverim vos et urgeam abire in illam novam regiam, nonnisi vestrâ vestraque utilitatis causâ, scilicet ut possitis votorum vestrorum summam consequi.

tali magno et libero animo transmigratio non fuit facta; quemadmodum illis mana.

297 nunc ego jam jam deducturus sum vos in locum ubi pace ac tranquillitate fruemini, et imperium vestrum in aeternum stabilietur: nihilominus parvi ducitis cordi meo sollicitudinem et molestiam creare. non video vos omnes expandere ac dilatare cor vestrum ut fit in exhibitione amoris et gaudii, nec habere intimos illos sincerae venerationis sensus qui me commoverent ac voluptate afficerent. sic horrendo ac tergiversando vos incassum vobismetipsis accersitis labores, incassum accersitis calamitates. similes estis illi qui navem conscendit nec utitur tempore opportuno ad navigandum. peribunt certè omnes quibus illius navis onerata est merces. vos nondum habetis sincerum ac determinatum transmigrandi animum: nihilominus tempus est opportunum, adeoque nihil superest vobis nisi ut omnes simul periatis. nisi ergo in vosmetipsos redeatis, illa quae vos exagitat ac rebelles facit ira, quae vobis non inferet calamitates: quopacto potueritis illis mederi.

non cogitandum diutiusque de presenti.

298 cum vos moliminì diutiùs istam terram habitare, non cogitatis quot exindè vobis imminent damna, et vestrâ pertinaciâ vobis molestiam magnam accersitis. nunc divitiarum

cogitatis quae sunt praesentis temporis, minimè vero futuri. quomodo porro Caelum potest vobis largiri vitam? nonne vos ita gerendo vobismet ipsis mortem accersitis.

cavendum ab exemplo et contagione pravorum.

299. jam vero nunc unum ego praecipio vobis. ne agatis aliquid pravum et a subditis fidelibus alienum ex quo possitis foedari et commaculari. cavete ab illis tum qui possent inducere vos ad actiones pravas, tum qui cor vestrum quocumque modo vitiare ac depravare possent.

Pan Keng bonam suam intentionem exponit.

300. in istâ quam nunc incolitis regiâ Keng, vita vestra maximo in periculo versatur. volo impedire ne pereatis, et efficere ut vitam illam a Caelo acceptam conservetis. ne existimetis quod ego velim severitate et rigore vos opprimere. volo vos alere vestrumque omnium vitam fovere

exponit quanto pere illos amet

301. recogito quot labores majoribus vestris suscipere persuaserunt mirabili sanctitate suâ conspicui praedecessores nostri Principes. volo et ego vobis persuadere transmigrationis laborem. vitam vestram efficaciter assecurando, volo manifestare amorem quo vos ego totis visceribus complector.

nisi transmigretur, timendum a Principis Tching tang irâ.

302. si culpam hanc in regimine admiserim ut permittam vos hîc diutius manere, avus meus (scilicet Tching Tang) magnam certe pro isto peccato mihi infliget poenam: quare, inquiet mihi, populum meum ita affligis et molestas.

imo et ab illâ ira timendum est populis

303 vos vero universi populi, nisi curetis de vitâ vestrâ in aeternum assecurandâ, et mecum unitis voluntatibus et cordibus vobismet ipsis consulatis, profecto avus meus magnas pro isto peccato a vobis exposcet poenas. quarè, inquiet vobis, non obsecundatis salubribus nepotis mei consiliis? porro si ita virtutem pessumdetis et Caelum in vos animadverterit, quis erit vobis illi poenae vosmet ipsos subtrahendi modus?

populi etiam timere debent ab irâ majorum suorum defunctorum.

304 Praedecessores mei Principes avis ac patribus vestris suaserunt plurimos suscipere labores, quando indè emolumentum illis et regno evenire poterat. vos quotquot estis populus meus, quorum conservationi et nutritioni debeo invigilare, si recusando labores momentaneos vobismet ipsis inferatis damnum, et pertinaciter hanc in corde voluntatem retineatis,

meus Praedecessor Princeps avos ac patres vestros pertinaciâ vestrâ afflictos consolabitur certe et permittet ut avi ac patres vestri vos abjicant ac renuant dare vobis mortem evitandi medium.

Pertas increpat magnates et minatur a Prin Tsin Tching Tang irâ.

306 vos qui in imperii regimine estis dignitatis meae adjutores et administri, parum solliciti de pace ac tranquillitate populis procurandâ, duntaxat solliciti estis de thesauris congerendis. vestri avi et vestri patres coram illustri meo avo certè accusabunt vos et dicent, supplicii acerbissimis afficias nostros nepotes. porro illustris meus avus his majorum vestrorum precibus commotus, vobis profecto magnas infliget calamitates.

ad superandam negotii difficultatem, hortatur ad mutuam animorum amicorum.

306. eheu! non celabo vos equidem in hoc negotio difficultatem reperiri non levem. Sed curarum et sollicitudinis quibus ego vestri causâ angor, vos debetis reverenti animo in aeternum recordari. ne animis et cordibus invicem divisi amur ac a longe separemur. imperii tranquillitas et pax unicus est cogitationum et consiliorum meorum scopus. veniatis igitur in partem consiliorum et cogitationum mearum, et illis omnes simul obsequamur. quisque stabiliat in corde suo verum illud virtutis medium quo fit ut a rectâ viâ non possit aberrare.

poenas minatur rebellibus.

307. Si qui sint improbi, non obsequentes, turbas excitantes, legum transgressores, irreligiosi, vel si forte quos occurram, qui frenum laxent cupiditatibus, vel nequitia suâ damnum aliquod inferant, justo illorum conditionem et illorum peccati gravitatem, vel praecidam illis nasum, vel illos capite plectam. non tantum non patiar illos vivere; sed efficiam ut illorum posteri ingredi non possint novam hanc ad quam vos deducturus sum regiam.

ocultat illos sua felicitatis contemplandae.

308. properate igitur ad vivendum vitam calamitatibus ac periculis omnino liberam. hunc ego, jam jam deducturus vos ad transmigrandum, proposui mihi finem, scilicet vos vestrasque domos in aeternum stabilire.

a 洪河 tchu ho flumen de quo hic agitur est Hoang ho. quae tunc incolebatur regia 耿 keng erat ad borean hujus fluminis: locus autem 亳 po sive 殷 yn in quem transferebatur aula erat ad Austrum.

b 高后 kao heou vere sublimis, 神后 chin heou vere spiritualis, admirabilis. hic agitur de Tching Tang. porro ex hoc textu, sicut et ex antecedentibus patet, non tantum Pan keng, sed etiam auditores quos

habebat Pan Keng, scilicet turbas congregatas, persuasum habuisse animas post mortem superesse: si enim hoc illis persuasum non fuisset, quomodo Pan Keng potuisset illis incutere timorem a majoribus defunctis?

Sectio 3ª.

in praesenti sectione referuntur momenta et rationes quibus Pan Keng consolatur et adhortatur populum suum post transmigrationem.

309. Pan Keng transmigratione factâ totus in eo incubuit, ut populorum suorum habitationes praemuniret contra varias fortunae calamitates, thronumque suum stabiliret: cum autem populi labores aliquot in transmigrando passi fuissent, turbas simul congregatas his ita consolatus est verbis.

hortatur ad otii fugam et ad obsequendum rationi.

310. ex initiis omnia pendent. vos recenter ibi sedem erexistis, ne leviter ac perfunctorie geratis vestra negotia, ne vos dedatis otio; enitimini ut suprema[a] quam caelum in hominum cordibus insculpsit lex, vigeat in hoc imperio et floreat.

promittit se obliturum praeteritam indocilium pertinaciam.

311. nunc ego coram vobis expendo cor meum, viscera mea et intimos animi mei recessus. vos omnes populos meos sigillatim admoneo meas intentiones. culpae vestrae omnino immemor, nullum ex vobis amplius incusabo: vos vero nullam contra me iram conservetis: quod vobiscum pepigi foedus ne frangatis, ne me obmurmurationibus ac improperis verbis impetatis.

Tching Tang bene meruit de populis suis jubendo illos transmigrare.

312. olim praedecessor noster Princeps Tching Tang, praeclara majorum suorum facinora continuaturus et ampliaturus, ob inundationum calamitates confugiendo in montes[b] regionis 亳 (po) liberavit nos, id est majores nostros de diris quibus affligebamur malis et bona innumera cumulatè in imperium nostrum congessit.

quam injustae fuerint illorum querelae circa transmigrationem.

313. nunc vero quamvis in terrâ 耿 (Keng) ob aquarum inundationes populus vagus et errans cogeretur undique dispergi, continuò mutare habitationes, nec ullibi certum fixumque domicilium habere posset, nihilominus non erubuistis conqueri quare ego populos ita commoverem ac illos transmigrare juberem.

314. porro haec vestra transmigratio et utilitates quas inde percepturi estis, nullatenus

transmigrati bona sunt omnibus adscribenda.

mihi adscribenda sunt: scilicet supremus Dominus illustris avi mei virtutes resuscitaturus, ipsemet suscepit familiarum nostrarum curam et regimen. ego una cum fidelibus ac virtutis probatae consiliariis, populorum meorum vitam et conservationem maximè cordi habens, ac religiosè de illâ sollicitus, ad obtemperandum Coeli mandatis, deduxi vos in terram perennem et tuti novam habitationem possitis aedificare.

sit quantum mihi, tum populi gesserunt sit populis utilitas bonam obtinuerunt.

315. Si non assenserim illis qui nolebant transmigrare, ne existimetis quod ego voluerim de proposito me opponere vestris consiliis. amplexus sum illud quod erat magis conveniens et magis utile. Si vero aliquam in obsequendo mihi difficultatem passi fuistis, non suspicor quod ullus vestrum causas fuerit sese Superorum decreto sortibus manifestato opponere: fortassè voluistis exspectare donec aquarum furor esset sedatus et transmigrationis labores vitare: intentio vestra erat sanè imperii decus et gloriam promovendi.

commendat magistratibus populorum curam.

316. eheu! nunc adhuc populo meo supersunt aliquot excolendi labores! O vos imperii magnates, vos praefectorum ac Magistratuum supremi, vos quibus imperii negotiorum gerendorum cura commissa est, omnes quaeso capiat populi mei commiseratio.

quantam curam adhiberent in magistratibus deligendis.

317 in illud imprimis vires ac diligentiam adhibui, ut pro magistratibus gerendis seligerem viros, qui possent vos dirigere et adjuvare, ac de vobis omnibus religiosâ sollicitudine cogitarent.

quid exigat ab iis quos ad magistratus evehit.

318 dignitates ac munera non confero illis qui divitias anhelant: qui vero viribus diligentiâ elaborant vitae populorum conservandae, qui homines alere ac enutrire scient, qui solliciti sunt de procurandâ populis tranquillâ habitatione, hos ego a multitudine discerno et honoribus ac dignitatibus cumulo.

decretis esse jubet.

319 Siquidem ego vos hodie commonui, quaenam dederam, quaenam dederam judicium, sive illis assentiamini, sive non, nullus sit vestrum qui non reverenter obsequatur.

cogitent utere rem

320 nullus vestrum divitias vel thesauros coacervet: de longaevâ vitâ quisque sit unicè sollicitus.

Solliciti sint de virtute populis instillanda.

321 relligioso zelo virtutem instillate populis universis. constanter induite cor unum ac sincerum.

a 大命 magnus ordo. aliqui per haec verba intelligunt Dynastiam praesentem, quemadmodum alibi imperium et imperatoria dignitas vocantur Aling. alii intelligunt legem naturalem nobis a Caelo delapsam et in cordibus insculptam.
ta ming

b 適于山 confugerat in montes. 契 cui in patrimonium datus fuerat regulatus Chang, fixerat regiam in boreali Po. subsequentes principes pluribus vicibus alio transmigrarunt, ut sese variis quibus affligebantur calamitatibus subtraherent. demum sub principe Tching Tang, aula rursus fixa fuit in boreali Po quae utpote montibus obsita erat asilus contra inundationes.
tche yu chan. sie

Scholium. in tribus capitis Pan Keng sectionibus pluries inculcatur sub regno principis Tching Tang populos vexatos fuisse multis calamitatibus quas aliqui Historici dicunt fuisse famem et sterilitatem septem annorum: quae sterilitas assignatur circa annum ante Ch. 1760.

Caput 8um

說命

yue Ming

inauguratio Magnatis fou yue.

Cum Dynastiae 商 imperatori 高宗 in somnis apparuisset ac cognitus fuisset 傅說 statim princeps constituit illum imperii primarium administrum. historicus in praesenti capite refert praeclara quae tum princeps munus committendo, tum fou yue munus excipiendo protulerunt dogmata
chang kao tsung fou yue

Sectio Ia

Sectio praesens continet tum somnium imperatoris kao tsung, tum promotionem sapientis fou yue ad primarii administri munus et ejusdem fou yue monita imperatori.

Subditi principis kao tsung conqueruntur quod princeps non loquatur nec illos edoceat

322. tribus annis princeps servaverat luctum pro suo patre 小乙 in loco dicto 亮陰. tandem deposito luctu, nihilominus tamen adeo tristis erat ut nullum proferret
siao y leang ngan

verbum. omnes imperii magnates moerorem illum excessivum non approbantes, illum uno ore increpaverunt his verbis. qui scit aliquid, vocatur intelligens et perspicax. intelligentis et perspicacis est morum dirigendorum regulas tradere. Cœli filius innumerorum regnorum est Princeps. ab illo normam et exemplar ducunt, quotquot in imperio gerunt Magistratus. si loquatur Princeps, tunc habebunt illi mandata quibus obsequantur et quæ illos dirigere poterunt. si non loquatur Princeps, unde nam subditi habebunt quo se dirigant.

tao tsung narrat suum somnium.

323 Princeps ut illis querelis satisfaceret composuit unum libellum in quo ita aiebat. debeo exemplar esse quatuor imperii mei partibus: timeo porro ne virtus mea sit degener ab illâ quæ emicuit in majorum meorum gubernio. et ideo non audeo loqui. sed cum relligiosè meditarer de verâ virtutis adipiscendæ viâ, supremus Cœli Dominus in somnio largitus est mihi virum probitate conspicuum qui sit meus in regimine administer. ille pro me poterit ad vos verba facere.

in deserto fou yen reperitur vir in somnio designatus

324. probè cognitâ effigie illius eximii viri quem in somnis illi ostenderat Chang ty, Princeps curavit illam depingi, et virum quem illa repræsentabat diligenter in toto imperio quæri. in loco deserto et agresti dicto 傅巖 (fou yen) inventus est unus Cæmentarius dictus 傅說 (fou yue) qui effigiei maximè similis erat.

fou yue evehitur ad primi administri dignitatem.

325. nec morâ Princeps evexit fou yue ad publicæ rei administratoris munus, et constituit illum ut adesset sibi a dextris et a sinistris.

quæ ministro suo præscribit Princeps.

326. hæc deindè illi præscripsit. manè et serò venias admoniturus me et adjuturus vires meas.

fou yue debet esse Principi ad instar cotis remorum, navis, pluviæ.

327. quemadmodum instrumenta metalli exacuuntur cote, ita et eris mihi in illum usum ad quem est cotis, ad ingenii mei hebetudinem exacuendam. quemadmodum ad trajiciendum magnum flumen adhibentur navis et remigia, ita etiam utar te tamquam navi et remigiis. quemadmodum in magnâ anni ariditate desideratur pluvia

et continua, ita et eris mihi ad instar pluviae abundantis et continuae quâ fertilitas et ubertas afferentur in toto imperio.

Principi virtutem instillet

328 aperias cor tuum ut inde exeant documenta quibus cor meum irriges et in illo virtutem instilles.

Principem quando necesse erit severe arguat.

329 morbi sunt qui nullatenùs curari possunt nisi medicina ita sit amara et vehemens ut ad tempus quasi deliquium animi pariat. fortasse erunt etiam in me defectus pro quibus emendandis adhibenda tibi erunt verba amara et aspera. si qui nudis pedibus incedit terram non aspiciat, certè illius pedes vulnere ferientur. debilem me ac infirmum nisi dirigas et deducas, incurram sanè periculum rectam rationem laedendi.

una cum Collegis allaborare debet ut Princeps majorum vestigiis insistat

330 tu igitur et omnes qui tibi suberunt magistratus, unitis animis allaborate ad vestri Principis emendationem. efficite ut insistam priorum imperatorum vestigiis et imprimis imiter illustrem avum meum in pace et quiete populis universis procurandâ.

331. O reverenter excipias illa praescripta et constanter usque ad finem illa exequaris.

ministri responsio.

332 fou yue respondit Principi his verbis. lignum fit rectum ope funis atramento imbuti. Princeps fit rectus ope proborum consiliorum et monitionum. si Princeps sit docilis ac in virtute proficiat, nullus erit magnas qui libentissimè et absque eo quod illi praecipiatur non exerat suam erga Principem suum fidelitatem, illum admonendo ac de defectibus increpando: quanto magis cum jubeat Princeps, quis auderet non sese conformare tam eximio et rationi consentaneo Principis mandato.

a 王宅憂 olim, ut jam vidimus, imperatore defuncto, successor Princeps servabat luctum
ouang tchay yeou
triennalem adeò rigidè ut nulla toto illo tempore curaret negotia, sed omnia committeret supremo imperii administro dicto 冢宰. imperatore 小乙 mortuo, filius et successor ipsius
tchung tsay siao y
武丁 qui ob eximiam virtutem deindè vocatus est 高宗 toto triennio quo servavit luctum
vou ting kao tsung
pro patre, secessit in palatium dictum 亮陰 sive 諒闇 ut ibi in solitudine se totum
leang ngan. leang ngan.
contemplationi daret

6 傅巖 locus ad Nord est 解州 平陸縣 in 山西. adhuc ibi videtur antrum dictum
fou yen kiay tcheou ping lo hien chan si
聖人窟 ubi fertur 傅說 mansisse. in honorem ipsius sub Dynastiâ 唐 ibi erectum est
ching jin cuo fou yue tang
templum dictum 傅說祠 Dynastiæ præcedentis imperator 嘉靖 de novo templum illud
fou yue sse kia tsing
ædificavit. Situm est supra ripas fluminis 澗水 ad distantiam 25 Ly ab urbe Ping lo Hien
tsien chui

Sectio media

in præsenti sectione referuntur colloquia tum imperatoris Tao Tsung, tum ipsius ministri fou yue disserentium de bono regimine imperii

Fou yue convocat omnes imperii magistratus. 333 Fou yue evectus ad primam administrationem, statim convocavit omnes imperii præfectos, et ad principem ingressus, his illum alloquitur verbis.

Fou yue oratio ad imperatorem. 334 Sagacitate suâ conspicui[a] nostri primi imperatores, ut religiose obsequerentur[b] mandato Cæli, erexerunt regna, regias[c] ædificaverunt et varios dignitatis gradus 爵。
tsou
王。君。公。instituerunt. commiserunt negotiorum curam illis quos vocabant 大夫
ouang, kiun, kung. tay fou
et 師長: non certe eâ intentione ut illi indulgerent otio et voluptati, sed ut
che tchang
populos in officio continerent.

Cælum est exemplar in universo. 335. Cælum est summe intelligens[d] et perspicax: sancti illud imitantur. magnates illi reverenter obsequuntur. justa supremam illius legem populi dirigendi sunt.

Quatuor in quibus principis debet imitari cælum. 336. rubor et verecundia prodeant ex ore, quando scilicet ex ore prodeunt verba rationi repugnantia. galea et lorica inserviant ad pugnandum contra imperii hostes, non autem ad molestandum subditos. vestes carmeniarum recondantur in arcis et non distribuantur nisi illis qui habent merita. gladius et hasta non adhibeantur nisi post maturum examen, id est non puniantur delinquentes nisi justa æquitatem. Princeps debet in illis quatuor maxime cavere. Si vero quatuor illa probe et penitus callere possit, nihil non ipsi feliciter ac prospere succedet.

Duo præcipua magistratus tum generum tum conferendum 337 imperii regimen et ordo pendent ab illis qui munera gerunt magistratibus. caveant igitur magistratus contra rationem et æquitatem obsequi amori suo privato.

non attendant nisi ad talenta. reditus ac dignitates non conferantur iis qui pravis imbuti sunt moribus, sed duntaxat probis et virtute suâ conspicuis.

prudentia in gerendis negotiis

338. nihil agas nisi quod attente ac serio meditatum judicaveris esse bonum. praeterea in agendo attende ad tempus opportunum et conveniens.

commendatur humilitas

339 qui de suâ virtute intumescit, virtutem suam pessumdat. qui gloriosius jactat se de suis talentis, pessumdat sua merita.

praeparatio adhibenda.

340 in omnibus negotiis adhibenda est praeparatio diligens. illâ praeparatione avertes quae inde oriri possent calamitates.

fugiendi adulatores.

341 nimium amando vel illos qui tibi semper ad latus assistunt, vel illos qui tibi blandiuntur, caveas ne aliorum contemptum et odium incurras. aliqui sunt qui erubescunt audire defectus suos quamvis non culpabiles, nec erubescunt culpas perpetrare. tu Princeps, ne erubescas defectus tuos, sed illos emendes. a fortiori culpas deliberate admissas devita

cordis pax et tranquillitas.

342. qui semper est sui compos; quaecumque geret negotia, non poterunt non esse pura et ab omni naevo immunia.

religiosa rituum observantia.

343. qui non agit praescriptos in sacrificiis et spiritibus colendis ritus, ille censetur irreligiosus. qui ritus nimios et non praescriptos peragit, ille censetur ordinis perturbator. quanta ergo difficultas in colendis ut decet spiritibus.

Princeps laudat fou que sapientia monita.

344 Princeps adeò eximiis ministri sui documentis quasi extrà se raptus exclamat: O quanti saporis et quantae sapientiae plena sunt haec tua verba! quaecumque tu me edocuisti O fou que, singula volo ad praxim redigere. nisi audivissem praeclara haecce tua documenta, numquam certe quae mihi praescribunt egissem

fou que salutat Principem et addit aliqua documenta.

345. fou que capite reverenter inclinato et manuum plausu gratulatus Principis docilitati inquit. difficultas non stat in hujusce doctrinae cognitione: illam reducere ad praxim, hoc est difficile: sed Princeps animo sincero vires exerat, tunc evanescet

difficultas et potest assequi praedecessoris nostri principis Tching Tang virtutes eximias. quando porro ita principem allocutus sum, muneris mei partes adimplevi. nisi ego fou que ita locutus fuissem, certe essem in culpâ.

a. 明王 ming ouang perspicax princeps. interpretes dicunt hîc agi de Monarchiae sinicae fundatore, quisquis ille sit.

b. 本若天道 fung jo tien tao famosus librorum classicorum interpres Kung in ta explicat hunc locum de dispositione imperii quae similis est astorum in caelo dispositioni. Scilicet, inquit ille, quemadmodum Sol et Luna diu noctuque peragrant varias Coeli partes, ita et principes visitant imperii sui praefectos et regulos. quemadmodum stellae polares circumdant polum, ita et primarii magistratus circumdant imperatorem. quemadmodum quinque planetae pervagantur 28 constellationes, ita et provinciarum gubernatores perlustrant varias regulorum ditiones. quemadmodum 28 constellationes dispersae sunt in totâ Coeli circumferentiâ, ita et reguli per totum imperium dispersi illud Coeli vice custodiunt. interpretes alii rejiciunt hanc interpretationem quasi insufficientem et obscuram, et dicunt hujusce locûs sensum esse quod Coelum volens visibili modo populos per seipsum regere, in suo locum substituat imperatorem: item imperator omnia negotia terminare non valens per semet ipsum, authoritatem suam confert regulis et magistratibus. sed illa interpretatio non contradicit interpretationi Kung in ta: dicendum tantum est comparationem quam fecit Kung in ta nullatenus fuisse in mente fou que: idea illa comparandi imperii regimen cum dispositione Coeli antiquior est equidem quam Kong in ta, sed recentior quam fou que.

c 都 tou. voce illa quam Latinè vertit regiam, propriè significat coetum, congregationem, locum ad quem multi confluunt: quia talis est locus ubi comitatum habet imperator, sive sit urbs ut nunc est, sive utrolim quando populi habitabant sub tentoriis, idcò dicitur tou.

d 惟天聰明. Coelum vocatur summè intelligens. commentatores qui explicant hunc locum, dicunt Coelum esse purum, simplex, intelligens, spirituale. quamvis non habeat oculos et aures, videre quidquid est magis absconditum, immo secretissimas cordis nostri cogitationes et alia

plura quae de Caelo materiali non possunt intelligi.

o 惟厥攸居 qui manet in suo. id est qui semper habet objectum determinatum scilicet
oei kiue geou ku
aequitatem et rationem. je kiang inquit in ipsomet corde nostro quaerendum esse Caelum.

Sectio inferior.

haec ultima sectio continet colloquia imperatoris kao tsung et magnatis fou yue circa modum studendi

Princeps conqueritur studia sua fuisse intermissa.

346. Princeps ait. venias tu fou yue. ego olim dum eram parvulus, litteris operam dedi sub magistro 甘盤 kan pan : cum deinde discessissem in desertum locum et postea ivissem commoraturus altra flumen Hoang ho, ac demum ex viciniâ hoang ho venerim ad hanc ce regionem po : ideo studiis meis ita intermissis, nullum ex illis fructum, nullamque habilitatem sum consecutus.

petit a fou yue ipsius directionem.

347. tu igitur, quaeso dirigas omnes cordis mei motus et omnia mea consilia. tu sis mihi quod pro vino a conficiendo sunt oriza et fermentum. sis mihi quod in jusculo condito sunt sal et acida. tu me justo virtutum temperamento quasi condias et excornes. ne quaeso deseras me : tibi dirigenti obsequar.

fou yue hortatur principem ut imitetur antiquos.

348. fou yue inquit. Princeps qui plures consulit et audit, ac in gerendis negotiis ab antiquitate excerpit documenta, ille certè successum habebit. detur e contra aliquis qui negotium aggrediens non consulit neque imitatur antiquitatis exempla : quod talis homo possit diu et cum felici successu negotium suum perficere, hoc ego fou yue numquam audivi.

de se non est praesumendum.

349 in ediscendo plures occurrunt difficultates et plurima quae retardare possunt impedimenta. itaque si Princeps in ediscendo non nimium de se praesumat, sed constanter ac sine intermissione impendat vires et animum : accedent certe plurima animo tuo ornamenta. sincerè induas istum te perficiendi ac scientiis ornandi animum et ita quaelibet egregiae dotes cumulatè in te congerentur.

quae ediscuntur debent aliis communicari.

350 Seipsum doctrinâ perficere non sufficit: debet illa doctrina aliis communicari: ideò documenta sunt quasi doctrinae medietas. tam in fine quam in principio Princeps constanter animum incumbat in ediscendo, et ita sensim sine sensu florebunt in te ac perficientur virtutes.

Princeps erit perfectus, si imitetur Tching tang.

351 tibi sint in exemplar eximia quae praedecessor Princeps patravit facinora, et ità in nullos umquam incurres defectus.

Fou yue suum auxilium promittit Principi

352. Si Princeps ità fuerit benè dispositus, ego Fou yue quàm relligiosissimè potero, tibi obsecundabo, ubicumque inquiram tibi viros meritis suis insignes, quos possis ad varios imperii tui magistratus evehere.

Princeps docilem se promittit.

353. Princeps inquit: O Fou yue, si ut ausim sperare, nullus sit deinceps intrà quatuor maria qui non admiretur meam virtutem, hoc debebo tibi: tu eris quasi ventus, cujus impulsioni volo penitùs obsequi

354 Praefecti qui sint quasi Principis pedes et manus efficient illum hominem: sed fideles et integri ministri efficient illum sanctum.

Princeps hortatur Fou yue ut imitetur Zelum ministri y yn.

355. Olim Magnas 保衡 (c pao heng) scilicet y yn, quando Praedecessor noster Princeps Dynastiam fundavit, dicere solebat: si non possim efficere ut Princeps noster fiat alter yao (d) aut alter Chun, tunc in corde dolebo ac pudebit me, non secus ac si in foro verberibus exceptus fuissem. item in imperio si aliquis ex vilissimâ plebeculâ non sit contentus, statim me reum incusabo. ità ille cum tanto zelo adjuvit illustrem meum avum ut avus meus ad supremum Caelum pervenerit. jam verò tu cum eodem zelo adjuves me. ne permittas 阿衡 (c o heng) solum esse nostra Dynastiae Chang meritis suis insignem ministrum.

Princeps et sapiens administer sese mutuo indigent

356 mutuò inserviunt sibi Princeps et sapientes administri. Princeps cui deest sapiens a quo dirigatur, sanè regere non poterit. sapiens vero nisi habeat Principem cui inserviat, non habebit a quo reditus accipiat: jam vero tu mihi debes adesse

tu potes efficere ut Princeps tuus Praedecessoris Principis Tching Tang vestigiis insistat. tu potes aeternam pacem procurare populis. Fou yue manibus junctis et capite inclinato salutans Principem, inquit. reverenter excipio et exequi conabor Caeli filii tam egregia mandata.

a 酒醴 tsieou, vinum. ly, dulce. ab illo tempore jam in Sinis vigebat usus vini cum orizâ
tsieou ly
et fermento.

b 股肱惟人 secutus sum interpretes: nihilominùs mihi videtur praesentem Phrasim
Kou Koeng oei jin
posse habere hunc sensum. quemadmodùm brachia et pedes constituunt hominem, ita et probus minister potest Principem constituere sanctum.

c 保衡。阿衡。 idem. vide o heng (238, a)
pao heng. o heng

d 惟堯舜 sinae ad designandum Principem omnibus numeris absolutum, dicunt esse
oei yao chun
alium yao et alium Chun

Caput 9um.

高宗肜日

Kao Tsung yung je

interpretes accusant Dynastiae Chang Principem Kao tsung, tum nimiùm saepe et extrà tempus fecisse caeremonias majoribus, tum petiisse magis propria quam populorum commoda, tum fecisse illas Caeremonias ad majores proximos, non autem primis imperatoribus. cum fortè unâ die dùm imperator sacrificabat, supra vasis unius ansam apparuisset Phasianus cantans, hujus portenti occasione magnas 祖己 insigni probitate vir, ad Principem ingressus est admoniturus illum ut
tsou ki
modum aliquem servaret in cultu relligioso. illius magnatis verba refert historicus

Phasiani apparitio

357. Cum imperator Kao Tsung faciebat sacrificium[a] idem quod fecerat die praecedenti, subito apparuit Phasianus[b] cantans.

tsou ki increpat imperatorem.

358. Magnas tsou ky Phasiani apparentis portentum in malam partem accipiens regem increpaturus ad illum ingreditur: sed antrà intrà se ita ratiocinatur. primò

Princeps ipse ad normam dirigendus est: deindè ad normam dirigentur ipsius actiones.

Cœlum non attendit nisi ad virtutem.

359. deinde hæc Principi dat documenta dicens. Cœlum agendo cum inferioribus populis, attendit ad illorum probitatem. largitur aliquandò vitam longam, aliquandò non largitur nisi brevem. porrò vita brevis non est præcisè a Cœlo: ipsimet populi pravitate suâ sibi accersunt vitæ suæ finem.

quare appare ut portentum.

360. quia populi aberrant a verâ virtutis viâ, nec volunt agnoscere peccatum suum: ideò Cœlum permittit portentum apparere ut populos ad virtutem reducat. quid ergo mihi agendum superest? Cœli voluntate adeo apertè manifestatâ, possumne silere?

Principis obligatio in sacrificiis

361 Principis est relligionem populis instillare; ne pravo suo exemplo perdat Cœli nepotes, exactè peragat sacrificiorum ritus, ne plus æquo faveat iis qui sanguine vel amicitiâ sunt illi conjuncti.

a. 彤日 yung je secundo die postquam sacrificatum est iterum sacrificare dicitur yung.

b. 雊 雉 Keou tchi Keou proprie est sonus quem edit Phasianus masculus quando vocat femellam.

Caput 10um

西伯戡黎

Si Pe Kan Ly.

Occidentalis Dynastæ victoria de regno Ly.

hîc agitur de regni 周 tcheou Dynastâ. quia præerat occidentalibus imperii regulis cum titulo pe, ideò vocatur occidentalis Pe. annales dicunt Occidentalem Dynastam de quo hîc agitur, esse vou ouang et factum præsens referunt ad annum ante Ch. 1124, commentatores vero chou king, quos hîc sequimur, dicunt agi de 文王 ouen ouang Principis 武王 vou ouang patre. ex regnis quorum caput erat regnum 周 tcheou regnum 黎 ly erat ex lex. Princeps ouen ouang armatis militibus illud occupavit. videtur porro Principem ouen ouang non tantùm occupasse regnum ly, sed adhuc plurima imperii regna sibi devicisse: siquidem liber Canonicus Lun yu ait duas tertias imperii partes Principi ouen ouang tunc temporis obsecutas fuisse. regni yn sive Chang

quod tunc erat imperii caput, Magnas 祖伊 videns propter incrementa regni Tcheou,
Tsou y
regnum suum yn vergere ad ruinam, statim adivit Principem suum simul et imperatorem
紂 illi timorem incussurus et illum adhortaturus ad emendationem excessuum quibus frænum
Tcheou.
laxabat. Caput præsens continet magnatis Tsou y monita.

Tsou y adit Principem.

362 Cum Occidentalis Dynasta Pe, id est ouen ouang, regnum ly armis occupavisset,
Magnas Tsou y eamdem sortem pro regno suo timens, sine morâ ivit regem suum admoniturus.

regni yn Calamitates.

363 inquit. O Cæli fili! Cælum dereliquit nostrum imperium yn. aruspices, testudo
et alia auguria nihil nisi infaustum prænuntiant. jam Prædecessor Princeps Tching Tang
nos posteros suos non ampliùs adjuvat. tu Princeps omnino venditus libidini ac
voluptatibus, es hujusce ruinæ causa.

quia Princeps dereliquit Cælum ideo a Cælo est derelictus.

364. Cæli legem dereliquisti: ideo nos dereliquit Cælum. omnia turbantur in
imperio, populi non possunt tranquillè cibum sumere: nequidem cogitant de naturali
quam Cælum in cordibus insculpsit lege. non amplectuntur nec adimplent imperii
statuta et leges.

populi desperati.

365. non tantum iratum est Cælum: nullus est inter populum nostrum qui miserabilis
vitæ suæ pertæsus, non vellet sepeliri. conclamant omnes, quare Cælum non exonerat
iram suam in regnum yn, nec penitùs illud extinguit, vel saltem quare non emanat
e Cælo decretum aliquod supremum quo regnum yn veniat in manus alicujùs qui
nos liberet? nunc si Princeps nolit emendare se, quodnam nobis superest remedium?

Principis blasphemia

366. Princeps illis increpationibus minimè commotus, erumpit in hanc execrandam
blasphemiam. vita mea, inquit, meumque imperium nullatenùs pendent a Cælo.

Tsou y luget Principis sortem

367. Tsou y a rege profectus inquit suspirans proh! quot et quanta sunt quæ in
Cælum admisisti scelera! quo pacto sperare posses propitium Cæli decretum!

368. regni yn ruina proxima est: en fructus scelerum tuorum! profecto
vitare non potes tui, totiusque regni excidium.

a 黎 regnum cujus regia erat ubi nunc est 黎城 ad sud ouest 潞安府長治縣
ly ly tching lou ngan fou tchang tchi hien
in 山西
chan si

b 紂 sive 受 sunt varia nomina principis qui insidebat throno regni yn vel chang et
tcheou cheou
erat totius imperii caput. filius erat imperatoris 帝乙 . videbitur deinceps quot excessibus erat
ty y
immersus, et quomodo sceleribus suis suam et totiûs Dynastiae ruinam causaverit.

c 周 vide infrà (379.
tcheou

Caput IIum

微子

oei tse

oei est nomen regni. tse est reguli titulus. quia regni yn princeps 紂 criminibus suis
tcheou
non imponebat finem, regnum yn erat ruinae proximum. illiûs miseram sortem dolens oei tse unâ
cum 箕子 et 比干 deliberant de modo quo se gerere debent in adeo tristibus circumstantiis.
ki tse pi kan

regni yn princeps a recta via deficit.

369. oei tse ait. O vos 父師 et 少師 scilicet ki tse et pi kan! quatuor partes
a b
fou che chao che
nostri regni yn absque ullo regimine continuis agitantur turbis. noster praedecessor, Tching Tang
praeclaris facinoribus suis attigit meritorum summum. nos vero illiûs nepotes crapulâ
hebetes ac crudeles facti labimur, et quas ille fundaverat virtutes extinguimus ac evertimus.

enecranda qui bus dediti sunt populi yn

370. nullus est in regno yn a magnis usque ad infimos, qui impudicitiae, fraudum,
deceptionis, latrociniorum, grassationum, pravarumque cupiditatum caeno non sit immersus.
magnates ipsimet, sive illi qui dicuntur 卿 sive illi qui dicuntur 士, aemulatione
king che
mutuâ sese ad legum pessumdationem provocant. nullus est qui quamvis de peccato suo
conscius, cogitet redire ad aeternam immutabilemque legem: ideo plebs infima
seditionem movens, exercet mutuó genus omne hostilitatum. jam jam regnum yn
sepeliendum est ac immergendum, nec ullam sese naufragio eximendi spem habet;
non secus ac qui trajicit magnum flumen cui desunt pons vel ripae quo possit pertingere.
jam jam regnum yn pervenit ad excidii sui metas: imo mirum quod hucusque duraverit.

371. pergit oei tse, vos o fou che et chao che! Siquidem noster Princeps ultrà modum omnem obsequitur pravis cupiditatibus; siquidem omnes imperii sive senes, sive familiarum primi effugerunt in deserta loca, cui innitar, quem consulam ad medendum illis malis? nunc igitur nisi vos ambo indicetis mihi quomodo medendum imminenti imperii ruinae, quid mihi superest agendum?

ki tse responsio

372. fou che ita respondet alloquens oei tse. O Principis fili! Caelum calamitatibus obruit nostrum regnum in ac vult funditus illud evertere: nihilominùs Princeps excessus suos in dies accumulans, non anhelat nisi crudelitatem et alia vitia quae ex crapulâ cui continuò immersus est oriri possunt.

Sapientes nolunt amplius ingerere se in Gubernio.

373. qui sunt imperii columen et exemplar quos deberet revereri non reveretur: ideò senes et praefecti, quorum probitas diuturno magistratuum exercitio probata est, omnes aufugerunt.

irreligio populi

374 nunc regni in populus eo impietatis ac irreligionis devenit ut spiritibus colendis destinatas victimas furto auferat. magistratûs 有司 yeou sse qui ritibus relligionis praeest, esset sane abusum illum emendare: sed e contrà palliat et condonat: quin imo, furto ablata ipsemet comedere malum non dicit.

alia populi nefanda et calamitates.

375. cum aspicio regni in miseram plebem: modus hostilis quo regitur et immodica tributa quae ab illâ exiguntur, provocant illam ad continuas inter se invicem hostilitates. Principis culpa causa est populorum culpae: ideò populorum et Principis culpae coadunantur in unam, scilicet Principis. plures fame pereunt nec habent ad quem recurrant.

ki tse non vult regno suo supervivere

376. cum igitur nostra Dynastia Chang tot ac tantis affligatur calamitatibus: accingam me et involvar in illiûs ruinâ: Dynastia Chang submergenda est et quasi sepelienda. non certè illi supervivam, nec ero alteriûs Principis mancipium.

Suadet oei tse ut fugiat

377. tu vero Principis fili, siquidem e regio sanguine oriundus, perire te non decet ne tecum pereat regiae familiae germen et cultus qui illiûs majoribus est exhibendus:

itaque moneo te bonum esse ut fugias. quae olim disceram in tui favorem, nunc non possunt nisi nocere tibi. Si tamen non fugias, ego etiam ruinae tuae socius ero, vel, nisi fugias, nostra Dynastia totaliter extinguetur.

tse et oei de diversa via eidem scopus

318. quidquid sit de diversâ viâ quam a nobis ambobus tenendam censeo: quisque nostrum sibi et cordis quieti consulat: quisque sese antiquorum principum documentis et exemplis conformet. ego potiùs duco perire. fugâ mihi consulendum esse non judico.

a 微子 filius imperatoris 帝乙 et frater imperatoris 紂. ideo vocatur 王子 regis filius.
oei tse ty y tcheou
微 est nomen regni cujus aula erat ubi nunc est 微子城 ad orientem 潞安府潞城縣
oei oei tse tching lou
in 山西. 子 vero erat hujus regni Dynastae titulus.
chan si tse

b 殳師. 少師 nomina dignitatum. 箕子 erat fou che et 比干 erat chao che.
fou che chao che ki tse pi kan

c 我舊云刻子 quae olim disci, tibi nocent. Scilicet oei tse et Tcheou erant ambo principis Ty y filii ex eâdem matre: sed oei tse natus est quando mater erat adhuc concubina; Tcheou verò postquam illa imperatrix nominata est. ki tse videns egregiam indolem et egregia talenta quibus eminebat oei tse, author fuit principi Ty y ut filium oei tse sibi in successorem eligeret. Sed 太史 qui erat Matheseos tribunalis simul et relligionis caeremoniarum praeses, monuit imperatorem
tay che
contra imperii statuta esse eligere pro throni haerede filium concubinae quando aderat legitimus: princeps itaque in successorem elegit filium natu minorem dictum Tcheou qui deinde continuam in corde fovit iram contra fratrem suum oei tse, et contra ky tse qui in favorem oei tse locutus fuerat.

d 犧. 牷. 牲. tres victimarum species. hi est victima pura et unicûs coloris. tsuen est victima
hi tsiuen sing
integra. sing, ita vocantur boves, oves, porci et alia hujusce generis animalia.

Pars Quarta

周書

Tcheou chou

Liber Dynastiae Tcheou

Regni 周 (tcheou) Dynastæ ducebant originem ex 后稷 (heou tsi) qui erat nepos imperatoris 黃帝 (hoang ty) et frater imperatoris 堯 (yao) a quo donatus est regulatu 邰 (tay) in districtu 西安府 (si ngan fou) in 陝西 (chen si). Principis Heou Tsy secundæ generationis successor 公劉 (kung lieou) ex tay migravit in 邠 (pin) etiam in districtu Si ngan fou. Principis Kung Lieou novem generationum successor 太王 (tay ouang) ex pin migravit in 岐 (ki), in districtu 鳳翔府 (fung tsiang fou), ibi ædificavit urbem, erexit magistratus et dedit regulatui suo nomen 周 (tcheou). Tay ouang nepos 文王 (ouen ouang) nefanda scelera Dynastiæ 商 (chang) vel 殷 (in) quæ tunc imperii solio insidebat execratus et populorum calamitates commiseratus, voluerat esse illorum liberator. jam populi turmatim ad illum confugerant, et plusquam octingenti reguli sese illi obsequio devoverant, ita ut plures Historici illum catalogo imperatorum adscripserint et ab illo Dynastiæ Tcheou ortum ducant: sed ouen ouang nonnisi illius liberationis fundamenta jecit, forte quia ut inquiunt nonnulli, ouen ouang nimium delicatus timuerit usurpatoris notâ inuri: ipsius successor et filius 武王 (vou ouang) patris sui opus consummavit, et omnino extinctâ Dynastiâ 商 (chang), fundavit novam Dynastiam 周 (tcheou). hujus Dynastiæ facta historica continet iste liber quartus

Caput I^um

泰誓

Tay chi

Magna adhortatio

defuncto Principe ouen ouang, ipsius filius et successor vou ouang unâ cum 800 regulis qui convenerant ut sub ejus vexillis debellarent Principem 紂 (tcheou), transiverunt flumen Hoang ho prope 孟津 (meng tsin) ut sese conferrent ad Principis 紂 (tcheou) terras. caput præsens refert adhortationem Principis vou ouang ad copias suas in illo transitu.

§ I^a

continet adhortationem Principis antequam copiæ prope Meng tsin collectæ pertransirent flumen

379 decimo[a] tertio anno, lunâ dictâ 春[b] (tchun), in loco 孟津 (meng tsin) congregatæ sunt multæ[c] copiæ.

380 ita Princeps illas alloquitur. O vos regnorum regni nostri amicorum hæreditario

Principis vou ouang oratio ad copias.

jure Principes! o Vos Selectissimae copiae quotquot huc venistis ad gerenda negotia mea et adjuvandum me in eo quod contra Principem Tcheou Suscepturus sum bello, hanc meam adhortationem aure docili et attentâ excipite.

Princeps est hujus populi pater et mater.

381 Caelum et terra sunt omnium creaturarum Pater et mater. omnium creaturarum perfectissima est homo. qui prae caeteris hominibus ingenii sagacitate ac perspicaciâ eminent, constituuntur Caeterorum Principes et Domini. Caeterorum Principes ac Domini debent esse populorum pater et Mater.

Cheou est populi hui tyrannus.

382 jam vero 商王受 erga Caelum impius et irreverens, populis omne genus calamitatum accersit.
chang ouang cheou

illius Scelera.

383 crapulae et vino deditus, impudicus helluo, nihil respirat nisi Tyrannidem et Scelus. illius barbaries non sistit in illorum quos vexat propriâ personâ, sed extenditur ad posteros. absque ullo virtutis et vitii discrimine magistratus haereditarios permittit in familiis quae adulantur illius Sceleribus. continuo et absque ullâ moderatione occupatus in aedificandis palatiis, domibus magnificis, turribus, nubilariis; in extruendis aggeribus, in excavandis aquarum receptaculis, in vestium pretiosarum pompâ, ità exhaurit opes et omnibus populis infert mortale damnum. probos ac fideles subditos flammis tradit; gravidarum mulierum detrahit pellem et uterum aperit. tot execranda commoverunt iram Supremi Caeli: ideo Patri meo ouen ouang commissum est ut severè ulcisceretur Caeli majestatem offensam: sed eheu! nimis cito e vivis excessit dilectissimus parens: tantum opus consummare non potuit.

illius irreligio

384. ideo ego indignus tanti viri filius 受 et vos regnorum regni nostri amicorum haereditario jure Principes, videamus quid agere deceat. inspiciamus regimen Dynastiae Chang. Princeps 受 nullam certè sese emendandi voluntatem habet: imo superbe ac tranquillè sedens, Supremo Domino et Spiritibus cultum denegat. non exercet relligionis ritus, impunè patitur victimas, fruges ac destinata sacrificiis vasa furto auferri. dicere
cheou

non horret populos et imperium omnino pendere a se. illius irreligioni nullum afferri potest remedium.

Princeps gerit Cæli vices.

325. populos præsidio tegere volens Cælum, erexit Principes qui illos dirigerent; Constituit magistros qui illos edocerent. illorum est (scilicet magistrorum et Principum) Supremum Cæli Dominum adjuvare, illorum est quatuor imperii partium populos sincero amore complecti, et illis pacem ac tranquillitatem conciliare. ego igitur tam in iis qui peccatum habent quam in iis qui peccatum non habent; quomodo auderem prætergredi Cæli mandata?

virtutis et virium unio sunt victoriæ signum.

326 quando conseruntur manus et committitur pugna, ita conjicere licet quis erit victor. si vires ex utrâque parte æquales sint, attendendum ad virtutem. si virtus ex utrâque parte sit æqualis et æqualia utriusque partis egregia facinora, attendendum est ad æquitatem causæ. ubi erit æquitas, ibi sanè erit victoria. Sub vexillis Cheou militant millionum milliones: sed omnes sunt divisi; sunt etiam milliones cordium. mihi subsunt duntaxat tria subditorum millia: sed uniti sunt et unum cor efficiunt.

Scelera Cheou vindictam clamant.

327, Dynastiæ Chang scelera continua et quasi concatenata mensuram tandem impleverunt. Cælum jubet me illa ulcisci et punire. si Cælo non obsequerer, illorum scelerum essem particeps et consors.

quomodo certiorem se fecerit de Cæli voluntate.

328. miser ego, die ac nocte relligioso correptus metu, consului dignissimi Patris ouen ouang manes, Supremo Domino feci sacrificium 類 (h, lei), Domino terræ feci sacrificium 宜 (i, y). hisce mediis ita de Cæli voluntate certior factus, ope vestrâ, quotquot hîc estis congregatæ copiæ, quas Cælum jubet de sceleribus impii Cheou pœnas reposcam.

utendum occasione favorabili.

329. populos commiseretur Cælum et illorum votis se certe propitium reddit. vos igitur adjuvate me ad radicitus expurgandas quæ intra quatuor maria irrepserunt scelerum fæces. nunc est opportunum tempus: arripiendum est, ne sinatur elabi.

a 十有三年。 anno 13°. infrà in Capite vou Tching probabimus hunc annum fuisse antè
che yeou San nien
Ch: IIII. a quo verò tempore numerari debeat ille 13^m annus, non dicit textus. itaque

dico 1° ille 13^m annus non est numerandus a morte Principis ouen ouang cui successit Princeps vou ouang. nam ex Dynastiae Tcheou rituum libris et aliis quos citat kung in ta, ouen ouang natus 15 annos genuit vou ouang. ouen ouang mortuus est anno aetatis suae 97: ergo tunc vou ouang natus erat annis 83. vou ouang mortuus est anno aetatis suae 93. ergo vou ouang post mortem patris sui solio insedit novem duntaxat annos. ergo dici non potest commisisse pugnam 13° a morte Principis ouen ouang anno.

dico 2°. infrà in Capite vou Tching (422 dicitur ouen ouang intra novem ultimos annos sui regni non potuisse consummare magnum opus (imperii fundandi.) Scilicet juxta famosum librorum classicorum interpretem kung ngan koue, Princeps ouen ouang novem annos ante suam mortem a Caelo jus accepit in imperium, et ab illo tempore incepit numerare exaltationis suae annos. (vide 422, p). igitur novem illi anni a quibus ouen ouang quando mortuus est, quasi novum auspicatus fuerat regnum, si jungantur cum triennali luctu quem vou ouang debuit servare, facient 12 annos, quibus expletis, anno sequenti, scilicet 13°, vou ouang sese accinxit ad debellandum Dynastiam Chang.

dico 3° praefatio libri chou king dicit anno 11° et ideo aliqui voluerunt corrigere textum: sed error est manifestus in praefatione, ut contendunt omnes eruditi: non enim assignari posset undenam inciperent illi undecim anni.

b. 春 non dicitur quânam anni Lunâ: sed ex capite vou Tching patet fuisse primam.
tchun
die 28^a 戊 午. quamquam porro illa luna vocetur Tchun, quae voce proprie significat
su ou
vernum tempus, non ideo tamen dicenda est luna veris. siquidem primam anni Lunam quam mutaverat Dynastia Chang, mutavit adhuc Dynastia Tcheou, assignando pro primâ anni lunâ lunam 子 quae sub Dynastia Hia sicut et nunc erat undecima, ea scilicet in quâ est
tse
solstitium hyemale. porro Lunae quae ferebant nomen quatuor anni tempestatum quibus

respondebant sub Dynastiâ Hia, post mutationem primæ Lunæ sub Dynastiis Chang et Tcheou, adhuc servaverint tempestatum nomen, licet non responderent illis tempestatibus.

in formâ primitiva Calendarii quemadmodum erat sub Dynastia Hia et quemadmodum nunc est; duodecim anni Lunæ assignantur quatuor anni tempestatibus. tres primæ Lunæ assignantur veri: in 2a Lunâ est æquinoctium veris. tres sequentes assignantur æstati: in 5a est solstitium æstivum, tres aliæ assignantur autumno: in 8a est æquinoctium autumnale. tres ultimæ assignantur hiemi: in 11a est solstitium hiemale. sed postquam sub Dynastiâ Chang pro primâ ultimi Lunâ assignata fuit Luna 丑 Tcheou, et sub Dynastiâ 周 Tcheou pro 1a anni Luna assignata fuit Luna 子 Tse, tres primæ Lunæ adhuc vocatæ fuerunt Tchun que, tres sequentes hia que 夏 nec tamen Lunæ dictæ Tchun respondebant veri, siquidem sub Dynastiâ Tcheou in 1a anni Lunâ erat solstitium hybernum. proindeque voc illa Tchun, pro 3bus primis anni Lunis, non significat Lunas veris, sed Lunas 1a anni divisionis.... idem dicendum de reliquis, quidquid contendant authores nonnulli qui absurdum arbitrantur ita confusa fuisse quatuor tempestatum nomina: hoc nihilominus patet ex pluribus librorum Canonicorum locis. liber 春秋 Tchun Tsiou qui sequitur Calendarium Dynastiæ Tcheou, utpote sub illâ Dynastiâ a Confucio excaratus, ad annum principis 桓公 Hoan Kung 14um refert quasi rem inauditam in Lunâ 春 Tchun non fuisse glaciem: item dicit pro 1o principis 成公 Tcheng Kung anno. porro si Luna Tchun fuisset Luna veris, nihil fuisset adeo mirum: siquidem hunc temporis aliquando glacies jam sunt dissolutæ. item 1o principis 莊公 Tchouang Kung anno, refert Lunâ 孟秋 Meng Tsiou scilicet 1am illam quæ dici deberent autumni, pluvias fuisse adeo copiosas ut frumenta non potuerint colligi et alia messes non potuerint germinare. porro in Lunâ Meng Tsiou quæ in 1a institutione Calendarii ea est in quâ Sol ingreditur signum ♑ non est jam tempus colligendi frumenta quæ multò antè collecta sunt, nec est tempus seminandi alias fruges. ergo illa Luna Meng Tsiou erat Dynastiæ Tcheou Septima in quâ ~~erat~~ solsticium æstivum... idem liber loquendo de solstitiis annorum ante Chr. 666 et 623, assignat illa in Lunâ Tchun... item Eclypsim ☉ quæ evenit 19a julii anni antè Chr. 549, dicit evenisse in Lunâ Tsiou..... possem refere innumera alia exempla:

sed haec sufficiant ad demonstrandum sub Dynastiâ Tcheou voces illas Tchun, hia, Tsieou, Tung, non designare Lunas earum anni tempestatum quae per hasce voces significantur; sed duntaxat indicare locum quem obtinet Luna in anno civili. ad hoc sane attendendum in examine Chronologiae.

c 大會 (ta hoei) magna congregatio. hic agitur de octingentis Dynastis 諸侯 (tchou heou) qui convenerunt prope Meng tsin ut jurarent fidelitatem principi vou ouang et sub vexillis ejus debellarent infamem Dynastiae Chang principem cheou sive Tcheou. mirum sane quod aliqui interpretes imo aliqui ex Missionariis arbitrati sint in illis vocibus ta hoei, se videre conjunctionem omnium planetarum et induxerint Europae doctos ad laborem inutilem in quaerendâ ista conjunctione fictitiâ

孟津 (meng tsin) idem est ac suprà (169, a)

d 焚炊忠良 (fen tche tchung leang) Dynastiae yn annales dictae 殷本紀 (yn pen ki) aiunt principem 紂 de regni sui regimine parum sollicitum, non tantum diem, sed ipsasmet etiam noctes in epotationibus consumpsisse. rebellabant principes tributarii. principis 紂 (tcheou) uxor 妲己 (ta ki) conquerebatur quod rebelles nimis leviter plecterentur. ideo 紂 (tcheou) supplicium gravius illis quae usque tunc adhibuerat excogitavit. scilicet curavit praeparari prunarium dictum 熨斗 (yo teou) carbonibus accensis plenum et jubebat reos nudis manibus prunarium illud in altum attollere: sed cum dolorem ferre non valentes, prunarium in altum attollere renuerent, princeps iratus excogitavit aliud supplicium, scilicet columnam cupream concavam et erectam quae ungebatur pinguedine et circa quam accendebantur carbones. rei jubebantur supra limbos incedere, sed pedibus in lubrico titubantibus, brevi decidebant in columnae cavitatem, et ita crudeli gaudio afficiebant imperatorem et uxorem suam. hoc supplicium vocabatur 炮烙 (pao lo)

e 刳剔孕婦 (kou ty ing fou). historicus 皇甫謐 (hoang fou mi) ait principem 紂 (tcheou) aperuisse uterum uxoris pi kan, ut videret quem illa in utero gestabat foetum.

f 發 (fa) est nomen imperatoris vou ouang.

g 粢盛 (tse tching) tse sunt fruges quae adhibentur in sacrificiis. tching sunt vasa frugibus illis plena.

h 類于上帝 (lei yu chang ty). vide supra (18, b)

i. i. 宜于冢土 y, significat convenientiam. Tchung tou, idem ac 后土 spiritus terræ,
y yu tchung tou — heou tou
Dominus terræ. Scilicet quia terra producit quæ necessaria sunt ad nostram conservationem, decet sanè pro illo beneficio gratias agere: ideò sacrificium in quo aguntur illæ gratiarum actiones, vocatur y. idem est ac sacrificium 社 de quo dicit Confucius institutum esse
che
ad colendum supremum Dominum. vide suprà (18, c)

K 商王受 id est Dynastiæ Chang princeps Cheou. brevitatis causâ deinceps utemur isto
chang ouang cheou
loquendi modo: v.g: ad designandum Dynastiæ Tcheou principem ouen ouang, dicemus 周文王
tcheou ouen ouang

§ media

adhortatio principis vou ouang ad copias post transitum fluminis Hoang Ho.

copiæ sistunt ad boream fluminis

390. die 戊午 princeps flumine trajecto substitit ad boream fluminis. ibi congregatis omnibus quæ convenerant regulorum tributariorum copiis, princeps illas consolaturus et adhortaturus
su ou

vou ouang adhortatio.

391 inquit. o vos qui ex occidentali plagâ venistis, omnes attendite meis verbis.

prava principis cheou indoles

392. hoc audivi sæpe esse homines adeo felici indole natos, qui bonum tam ardenter agant, ut dies ipsis non videantur sufficere ad satiandum illud quod habent bonum agendi desiderium. alios e contrà adeò infelici præditos naturâ, ut ad agendum malè dies ipsis non sufficiant. jam vero Chang ouang Cheou absque ullâ mensurâ vim exercet. abjicit a se ac repellit viros omnes ætatis provectæ qui suis illum adjuvare possint consiliis, et è contrà sibi adsciscit ac speciali favore prosequitur improbos perditosque viros. obscœnis voluptatibus et vino extra se raptus, crudelitèr et acerbe tractat populos. jam jam illâ peste infecti sunt illiùs populi. undequáque excurgunt factiones in sese mutuò hostilitatem exercentes. qui habent authoritatem, illâ abutuntur ad mutuam sibi necem inferendam. qui peccato nundùm infecti fuere conclamant ad Cœlum. jam diu manifesta sunt portenta adeo horrenda.

vou ouang suæ causæ æquitatem probat ab exemplis

393. Cœlum diligit populos. in eo princeps debet imitari cœlum. Dynastiæ 夏 princeps
hia

桀 Cœlum non est imitatus, innumeris regnis quæ illi subjacebant accersivit
Kie
calamitates: ideò Cœlum legavit et auxilio suo adjuvit Principem 成湯 ad
Tching Tang
debellandum familiam Hia et ab illâ septrum auferendum.

Chang ouang
ou Sœlera
principis Kie

394. jam verò Sœlera Principis Cheou longè excedunt Sœlera Principis Kie. Cheou
removit a se et in exilio quasi sepelivit eminenti probitate virum sibique sanguine
junctum, scilicet 微子, inhumaniter ac barbarè tractavit a quo de defectibus suis
sincerè ac fidèliter admonebatur ministrum 比干. dicere audet sibi denatum
a Cœlo imperium a semetipso prendere. immò sacrilegè quærit ad quid colendum esset
Cœlum. contendit sacrificia religionis que ritus nullius esse utilitatis. Tyrannidem
in populos exercere, malum aut perniciosum non ducit. non a longo tempore habemus
in Hia ouang Kie exemplar mei quo tractandus est Chang ouang Cheou. Cœlum
commisit mihi curam populis subveniendi. somnia quæ habui et sortes quas duxi
concordant et promittunt mihi feliem successum. pugnemus igitur: certè vincetur Chang.

Quinam veu
Chang copiæ
et fortiores
sint copiæ
principis Cheou.

395. Principi Cheou sunt plures hominum sed maximè ordinariorum milliones:
divisa sunt illorum corda, divisæ illorum vires. mihi sunt duntaxat decem, sed
experti in regimine subditi: unita sunt illorum corda, unitæ illorum vires. etiamsi
qui sequuntur principis Cheou partes essent omnes sanguine conjuncti, non tamen
comparari possunt viris quos uniunt virtus et probitas.

Vox populi
vox Cœli.

396. quod Cœlum videt, hoc videt ex populis. quod Cœlum audit, hoc audit ex
populis. jam verò populi omnes in me unum culpam hanc rejiciunt quod Cheou
nondum sit debellatus. nunc ergo sine morâ eamus.

Uxoribus oppugnandus est
Cheou

397. armorum terrorem passim incutiamus. ingrediamur illius terras cum eâdem
ac ille se gerit ferocitate ac barbariè. manifestam de principe Cheou vindictam sumendo,
ulciscamur unâ principis Tching Tang decus et gloriam.

398. macti animis filii mei: ne tamen existimetis nihil vobis esse timendum.

potius est vires omnes adhibere, quasi si vix possetis hostes vestros expugnare. populos jam invasit consternatio, quasi si gravi vulnere[c] caput suum laesissent. O viribus unitis, unitisque cordibus praeclara facinora patrando, decus et gloriam vobis assecurate et unâ populorum quies ac tranquillitas poterunt in aeternùm assecurari.

a 戊午 dies su ou nullis aliis characteribus designatur in praesenti capite: sed ex capite
su ou
vou Tching patet esse 28 Lunae primae. dicitur illo die copias constitisse ad boream fluminis Hoang ho; ergo illo die copiae transiverunt flumen prope Meng Tsin.

b 予有亂臣十人. habeo decem ministros probitate suâ conspicuos. non dicitur quinam sint
yu yeou loan tchen che jin
illi eximii viri: interpretes assignant eorum nomina inter quos est illustris Tcheou kung.

c 若崩厥角。verbo ad verbum, quasi si cornibus suis impetiisset aliquid. metaphora ducta
jo pung kiue kio.
a feris quae impetu caeco cornibus aliquid impetentes, excipiunt vulnus

§ inferior.

continet adhortationem Principis vou ouang, quando itinere denuò suscepto, illius copiae ingressurae erant Principis cheou fines.

399. Die sequenti, scilicet 1er Lunae 29a, Princeps in generali suorum sex agminum inspectione collectas copias adhortatur.

cheou impius erga Caelum, a Caelo derelictus est.

400. incipit Princeps. O vos occidentalis terrae Principes! Caelum sancivit quas nemo ignorat leges. leges illae variae sunt pro variis hominum conditionibus; sed quamquam variae, nullum tamen latent, nulli non sunt obviae. jam vero Chang ouang Cheou, evertit omnino ac pessumdat legum illarum quinque fundamentales. cupiditatibus fraenum laxans, in sui regni regimine negligens, ergá Caeli spirituumque cultum irreligiosus, derelictus est a Caelo, et populis suis factus est odiosus.

ipsius nefanda.

401. aliquorum qui mané[a] tempore hyemis trajiciebant flumen jussit confregi crura. virorum probitate suâ conspicuorum cor[b] extrahi jussit. Tyrannide, caedibus et severitate inauditâ devastavit et afflixit quidquid continetur intra quatuor

maria. vafrorum et moribus perditorum consiliis obsecutus, deturbavit a dignitate et in exilium misit illustrem Che Pao. imperii leges ac statuta violavit ac pessumdedit integritatis notae viros in carcerem conclusit ac servituti addixit. qui fieri solebant sacros ritus 郊 (kiao) et 社 (che) rescidit ac abolevit. debitos honores non exhibuit majoribus defunctis. ad oblectandam uxorem suam 妲己 (ta ki), diabolicas adhibuit artes et horrenda patravit facinora. Supremus Caeli Dominus illum execratur et decrevit absolutè illum penitùs delere et exterminare. vos igitur generoso animo me ducem sequimini, ut ab illo, quam exigit Caelum vindictam relligiose sumamus.

Cheou non est tractandus ut Princeps, sed ut hostis.

402. vetus est adagium. qui protegit me est meus Princeps. qui vexat me est meus hostis. jam verò perditus ille cheou inauditam hucusque exercet Tyrannidem: quomodo in aeternum non censeretur vester hostis. aliud est adagium. qui plantavit virtutes, debet posteà incumbere in illis alendis. qui vult extirpare vitia, debet primò vitiorum radicem evellere. igitur ego homuncio adjutus vestris generosorum militum copiis, hostem vestrum penitùs delebo ac exterminabo. macti animis generosi milites, hostem aggrediamini, prostrate, mactate, et ita vestrum Principem in throno stabilite. qui generose se gesserint et habuerint multa merita, manebit illos merces magna. qui generosè non pugnaverint, gravem certè solvent poenam

Dynastia Tcheou resuscitabit virtutes quas extinxit Dynastia Chang.

403 eheu! Dynastia Chang virtutes omnes pessumdedit: ruina ejus proxima est: virtutes illas resuscitabit nostra Dynastia Tcheou. jam quatuor orbis partes effulgent radiis quos dignissimus Pater meus ouen ouang quasi sol et Luna in illas dispersit. Occidentalis terra, scilicet regulatûs Tcheou regia ubi ille ab incunabulis habitavit, magis adhuc quam aliae plagae virtutum illiûs splendore fulgescit: ergo maxime decet Dynastiam Tcheou suscipere populorum universorum curam et imperii solium conscendere.

404. si ego vicerim Cheou, victoria non erit armis meis adscribenda, sed unicè patris mei ouen ouang virtuti ac innocentiae. si vero Cheou vicerit me, non quia meus

pater ouen ouang ullatenus habet culpam, sed unicè quia ego omni talento ac virtute sum destitutus.

a 斮朝涉之脛 confregit manè transeuntium flumen crura. Scilicet 紂 videns
tso tchao che tchi king tcheou
mane tempore hiemis homines qui nudis cruribus trajiciebant flumen, miratus est quomodo illi tolerare possent frigoris asperitatem: ideo jussit illis confregi crura, ut videret, inquiebat ille, utrùm in illorum medullâ non esset aliquid quod in illis doloris sensum imminueret.

b. 剖覽人之心 extraxit sapientis cor. Scilicet postquam oei tse principis Tcheou,
peou hien jin tchi sin
vel Cheou germanus frater missus est in exilium, Magnas pi kan dixit probos viros non posse amplius vivere sub improbo principe Cheou, quem indesinenter arguebat et hortabatur: ideò princeps Cheou iratus dixit illi. audivi cor sapientum diversum esse ab aliorum hominum corde, sed habere septem foramina: volo videre quid rei sit, et statim jussit extrahi viscera Magnatis pi kan ut videret illius cor. videtur adhuc locus sepulturæ illustris pi kan Ib Ly ad Nord ouest 河南府偃師縣. quinque Lyzes etiam ad Nord est ejusdem urbis
ho nan fou yen che hien
videtur sepultura illustris 伊尹
y yn

c 放黜師保 expulit ac deturbavit Che pao. Scilicet oei tse fratrem suum natu majorem
fang tchou che pao
qui gerebat munus Che pao

d 廸果毅 ty, progredi, periculum adire. kouo, qui vires habet occidendi hostem. y,
ty kouo y.
qui vires illas exerit et mactat hostem.

Caput 2um

牧誓

Mou Chy

Oratio habita in Campo Mou

Caput præsens continet orationem quam habuit vou ouang ad copias suas, quando jam jam in ditionis Chang confiniis in loco dicto 牧 accingebant se ad oppugnandum principem chang
mou
ouang Cheou.

Wu wang jam non proelium committurus, hortatur suos

405. Die 甲子 (Kia tse) vix emicante primâ diei luce, Princeps cum pervenisset ad regni Chang confinia in locum dictum 牧野 (a mou ye) voluit adhuc copias suas adhortari. Sinistrâ manu tenens hastam (b) auro fulgentem, dexterâ vero gestans vexillum album ad milites dirigendos, ita illos alloquitur. Occidentalis terræ viri, jam vos ex itinere longinquo plures perpessi estis labores.

406. Princeps pergit. O vos amicorum regnorum hereditario jure Principes, vos qui negotiorum curam geritis 司徒。司馬。司空。亞旅。師氏。 (c Sse tou, d Sse ma, e Sse kung, f ya lü, g che che) vos, sive qui præestis mille hominibus, sive qui præestis centum hominibus.

407. Item vos o Selecti milites regnorum 庸。蜀。羌。髳。微。盧。彭。濮。 (i yung, chou, kiang, mou, ouei, lou, peng, pou)

408. quisque vestrum manu lanceam assumat, muniat se scuto suo et hastam suam erigat: habeo quæ præcipiam vobis

409. pergit Princeps. vetus proverbium ait. gallina manè non cantat. Si gallina manè cantet, certe calamitates imminent domui.

Uxori, et uxori obsequitur, in regno hac innuitur permitti fœdera.

410 porro Chang ouang Cheou in omnibus obsequitur uxori suæ verbis. ergò Spiritus ingratus, omnes religionis ritus perturbat et abolet. erga parentes humanitatis omnis immemor, qui sibi ex patre et matre suâ relicti sunt germani fratres, hos ille rejicit nec de illis curat. et e contra quotquot in quatuor imperii partibus insignis nequitiæ sunt scelerati, fugitivi, exulores, hos ille plurimi facit, hos evehit ad honores, illis innititur et confidit, illis utitur illisque committit primas dignitates 大夫。卿士。 (h tay fou, i king che) et ita efficit ut sævitiâ et tyrannide opprimantur populi, et regni Chang habitationes in prædâ sint impudicitiis et grassationibus. gallina cantans domûs ruinam indicat. Ta kï regens imperium, indicat imperii ruinam.

Ardor in pugnâ moderandus.

411. nunc ergo ego 發 (fa), quas Cælum jubet pœnas reverenter reposcam. cavendum tamen est nobis ab immoderato ardore. in hodierno negotio vestri in hostes impetus non excedant sex vel septem passus: tunc enim sistendum vobis erit ac denuò

agmina erunt instruenda. O generosi filii mei macti animis!

cavendum a nimiâ cæde

412. cavendum est etiam a nimiâ vestrorum hostium cæde. ne excedatis quinque prælia, vel sex prælia, vel ad summum septem prælia: tunc enim sistendum vobis erit ac denuò agmina vestra erunt instruenda. macti animis O filii mei!

413. intrepidi ac audaces quasi tigres, quasi 貔 (pŷ), quasi ursi, quasi 羆 (pŷ), in ditionem Chang irrumpite. si qui autem sponte veniant sese in potestatem nostram tradituri, illos excipite: sed alios fugando et insequendo, ne fatigetis nostras occidentales copias. macti animis O filii mei.

414. si qui sint ex vobis qui vires suas non exeruerint, in illos certe gravi supplicio animadvertam.

a. 牧野 (mou ye) nomen terræ quæ erat in confiniis regni chang ad meridiem 衛輝府淇縣 (oei hoei fou ki hien) in 河南 (hou nan)

Hujusce capitis præfatio quam dicunt a Confucio exaratam, inquit principem vou ouang quando ivit in campum mou ye pugnaturus contra principem Cheou habuisse currus 300 et 300 虎賁 (hou pen)

Currus, inquit 正義 (tching y) exprimitur Charactere 車 qui legitur vel 居 (kiu) quasi diceretur habitatio, vel legitur tche sono fere simili huic 舍 (che), qui significat etiam habitationem. vocatur etiam aliquando 兩 qui character proprie significat duo, quia scilicet currus vulgo habet duas rotas.

unus currus bellicus continebat pedites 72. cum vou ouang haberet 300 currus, 300 X 72 = 21600 pro numero peditum quos habebat vou ouang.

虎 (hou) est tigris. 賁 (pen), significat currere. hou pen significat generosos milites. illi 300 hou pen quos habebat vou ouang, erant præfecti 300 ipsius curruum: unus præerat uni currui et vocabatur 百夫長 (pe fou tchang) quia quamquam unus currus contineret 72 duntaxat milites, nihilominus ab unoquoque curru centum milites dependentes erant.

Liber 周禮 (tcheou ly) ait imperatorem 天子 (tien tse), quando ibat ad bellum habuisse 六軍 (leou kun) sex agmina, ex proprio dominio desumpta. 5^e homines faciebant unum 伍 (ou). 5^e ou unum 兩 (leang). 4 leang unum 卒 (tso). 5^e tso unum 旅 (lu). 5^e Lu unum 師 (che). 5^e che unum 軍 (kun). ergo unum kun complectebatur 12500 milites.

et sex tam simul 75 millia.... alibi dicit: qui praeest 12500 hominibus vocatur 軍將 Kun tsiang. qui praeest 2500, vocatur 帥師 che che. qui praeest 500, vocatur 旅師 lu che. qui praeest 100, vocatur 卒長 tso tchang. pro conficiendis illis militibus, unus pagus debebat dare unum hominem. Si copiae illae non sufficiebant, petebatur auxilium a vicinis regnis. Sed Tcheou ly loquitur de consuetudine quae vigebat quando Dynastia Tcheou jam erat stabilita et florens. porro probabile est principem vou ouang qui nondum in imperii solio constitutus erat, non habuisse quoad maximam partem nisi turmas confoederatorum principum qui volebant illum adjuvare et ad imperii solium evehere.

b 黃鉞 hoang yue. Securis flava. Tching y inquit. Securis pondere suo aequans 10 libras dicitur yue. itaque yue est securis magna. vocatur Hoang, flava, quia erat auro ornata.

c 司徒 sse tou, 司馬 sse ma, 司空 sse kung. tres ex illis sex magnis magistratibus qui vocabantur 六卿 (vide leou king.

d 亞 ya idem ac 大夫 tay fou Magistratus immediate post leou king.

e 旅 lu magistratus paulo inferiores.

f 師氏 che che Praefecti quibus commissa erat principis custodia. quando princeps erat in regiâ suâ, tunc illi stabant extra palatii portam: quando vero princeps erat extra regiam, stabant intus, ubi erat imperator.

g 貔 pi species feae quae habet aliquid ex tigridi et vulpe.

h 羆 pi species ursi.

i 庸 yung. 蜀 cheou. Hae octo regna vicina regni 周 tcheou. hic cheu king enumerat duntaxat 7 regna: interpretes vero dicunt octingentos regulos tributarios convenisse ad Meng tsin, principem vou ouang adjuvandi causâ.... quidquid sit, certum est ex libro Lun yu duas imperii partes amplexas fuisse Dynastiae Tcheou vexilla.

Caput 3um

武成

vou Tching

Vou ouang Consummatio.

in praesenti capite refert Historicus, tum relligionis ritus quos exercuit vou ouang, tum

documenta quae dedit Principibus Tributariis, tum alia praeclara facinora quae gessit reduc ad regnum suum post victoriam quam retulit de Principe Cheou. quia hic depingitur virtus consummata Principis vou ouang, inde caput nomen desumpsit.

415. primâ Lunâ, die 壬辰 (jin tchen) scilicet die 2ª, Luna vix dum[a] apparebat. die autem sequenti qui erat 癸巳 (kouei sse), manè, Princeps ex haereditario regno suo 周 (tcheou) cum copiis suis profectus est ad oppugnandum ac debellandum 商 (chang)

vou ouang invocat Caelum et terram

416. tum recensens innumera quibus Princeps Cheou reus erat nefanda, ita dirigit preces suas ad supremum Caelum, ad terram et ad omnes quos in itinere pertransierat alicujus nominis montes et fluvios. ego fa Princeps Dynastiae Tcheou, quae a pluribus generationibus supremam legem relligiosè observat, jam jam commissurus sum magnam pugnam adversus Chang. nunc Chang ouang Cheou exlex et Tyrannus, abutitur rebus quas Caelum nobis ad usum largitum est, populos omnes dire et inhumaniter tractat. quotquot in orbe universo scelerati sunt ac fugitivi, hos ille fovet ac evehit: ideò pullulant illi et abundant quasi pisces in profundâ voragine, vel quasi ferae vel pisces in spissis retibus. nunc ego, vilis homuncio, cum adsint mihi notae virtutis ac valoris homines, qui me adjuvent, relligioni duco reverenter exequi voluntatem quam habet supremus Dominus prava illius Principis consilia evertendi. nullus est ex populis 華夏[b]。蠻貊[c] (hoa hia, man me,) qui non alacriter mihi obsecundet.

invocat Spiritus omnes.

417. vos verò Spiritus omnes, si dignemini adjuvare me ad ferendam aliquam opem populis universis, reflorescet cultus vester et cessabit erga vos irreligio.

dies pugnae.

418. die 戊午[d] (su ou) exercitus trajecit 孟津 (meng tsin). die 癸亥[e] (kouei hay) in ditionis chang campo castra metatus est expectando[f] propitiorum Caeli decretorum executionem. die vero 甲子 (kia tse) primâ luce vix emicante, Cheou ipsemet deducens exercitum suum non secus ac sylvarum arbores numerosum, venit in conspectum in campo 牧野 (mou ye): sed non ausus est impugnare copias nostras: immo cum sua velitum acies depositis armis vertisset terga, postrema acies

oppugnata fuit a nostris et penitus prostigata ac fugata. fluebant sanguinis
rivi adeo abundantes, ut supra illos innatare potuissent ligneæ pilæ: et ita vix arma indulta
fuerunt cum illico pacatus est orbis universus. depravatum Dynastiæ Chang regimen desiit
et in ipsius locum successit antiquorum imperatorum regimen. è custodiâ emissus est illustris
太師箕子 (tay che ki tse). mausoleum conservatum est memoriæ 少師比干 (chao che pi kan) plurimus honor
habitus est sapienti 商容 (chang jung) transeundo illius vicum. aerarii 鹿臺 (lou tay) thesauri pauperibus
distributi sunt. aperta sunt horrea 鉅橋 (ku kiao) et illorum frumenta magno fuerunt usui. alio
quatuor imperii partibus. universi populi magnâ perfusi sunt lætitiâ.

419. quartâ luna, cum jam lumen illius revivsam inciperet (scilicet die 3ª)
princeps ex regno Chang rediit in aulam suam 豐鎬 (fung hao) et ibi mutatis armis remisso
sese totum impendit virtuti et litteris excolendis. remisit equos suos in meridionalem
partem montis 華山 (hoa chan), boves vero in deserta regionis 桃林 (tao lin) ut extruderet pace jam
stabilitâ imperium non amplius illis indigere.

Dynastæ omnes eximant clientelam professuri. 420 Luna corpore jam resuscitato (scilicet 15ª) omnium imperii regnorum Dynastæ
et omnes magistratus venerunt clientelam professuri novæ Dynastiæ 周 (tcheou) et illius mandata
excepturi.

Mortuorum manibus de sacris. 421 die 丁未 (ting oui) peracti sunt sacri ritus in aulâ defunctis familiæ Tcheou colendis
destinatâ. illuc velociter accurrerunt, tum 邦甸 (pang tien) tum 侯衛 (heou oui), manu gestantes inservientia
sacrificiis vasa 豆 (teou) et 籩 (pien). elapsis tribus diebus, scilicet die 庚戌 (keng su) sacra sunt sacrificia
柴 (tchay) et 望 (ouang) ad commovendos spiritus et agendas gratias de belli negotio feliciter
consummato.

Wou ouang omnes mortuos Dynastiæ suæ principes mortis suæ insignioris. 422. tum wou ouang Dynastas omnes, suspirans ita alloquitur. olim princeps 后稷 (heou tsi)
regnum erexit, et populos edocuit terram excolendi artem. quæ de populis bene
meritus fuerat Heou tsi, continuavit princeps 公劉 (kung liou). deinde princeps 太王 (tay ouang)
Heou tsi novem generationum nepos, eximii principis exemplar absolutissimum

se praebuit. deinde 王季 laboribus ac vigilantiâ de regno bene meritus est: sed illustris
ouang ki
patre meus ouen ouang horum omnium virtutes in se uno expressit: Coeli largientis ipsi
imperium voluntati plenè respondens, quatuor imperii partibus pacem conciliavit: viri
illius reformidant adhuc magna regna. regna minora virtutem illius tenero amore
complectuntur: sed eheu! intrà novem annos non potuit perficere magnas quas meditabatur
molitiones. ego hominis illas molitiones in me suscepere et exequi conatus sum.

populorum exultatio post victoriam.

423. itaque Coeli mandatorum executionem religiosè ducens, copias duxi in orientem
et viris ac mulieribus pacem et tranquillitatem conciliavi. idcò viri ac mulieres ut honorem
et gratitudinem exhiberent mihi Dynastiae Tcheou Principi, offerebant in calathis
flava et violacea serica. quod autem populi seu nostro regno Tcheou certatim addixerint,
non est certè mea virtus, sed Coeli benignitas quae cor illorum ita movit et induxit.

laudes fructus recapitulatio egregii regimi nis quod ante picatus est von ouang.

424. dignitatum quinque gradus instituti sunt. triplex instituta est agrorum divisio.
ad Magistratus evecti sunt probitate conspicui. negotiorum cura commissa est egregii
talenti viris. quod in pretio maximè habetur inter populos, tum quinque praecipua
societatis humanae officia, tum alimenta, funerum ritus, et honores erga defunctos.
fidelitas aestimatur, floret aequitas, virtus excolitur, merita praemiantur. haec
omnia porrò perficit Principis von ouang rara virtus, absque ullo labore. movent
solummodo vestes et in imperio floret regimen

a 旁死魄 pe est cadaver. ita vocatur obscurus Lunae discus: hinc in conjunctione
pang sse pe
quando Lunae lumen penitus evanescit, Luna dicitur sse pe, mortuum cadaver. pang sse pe
vicina mortuo cadaveri, interpretes aiunt intelligi diem 2am. 時哉生明 quando lumen
chi tsay cheng ming
incipit revivisere est dies 3a. dum post diem 1am usque ad 15am Lunae lumen crescit et obscuritas
deperit, hoc vocatur 魄死 cadaver moritur. dies Lunae 15a vocatur 望. post diem ouang
pe sse ouang
claritas deperit et renascitur obscuritas: hoc vocatur 魄生 cadaver nascitur. hinc quando
pe cheng
vel in capite von Tching dicitur 既生魄 vel in capite tcou ming dicitur 哉生魄
ki cheng pe tsay cheng pe.

cum primum nascitur cadaver, agitur de die sequenti diem ouang, scilicet de die 16a.

b 華夏 hoa hia, regnum Sinicum. hia magnum, florens

c 蠻貊 extera regna. man me

d 既戊午師逾孟津. die su ou Lunae 28a, transit Meng tsin cum copiis suis. aula regni Tcheou distabat a Meng Tsin 1000 Ly, sive centum leucas. die 3a 1m Lunae vou ouang profectus est ex illâ aulâ, scilicet fung. die 28a pervenit ad Meng tsin. in itinere insumpsit 25 dies: singulis diebus fecit igitur cum exercitu suo 40 circiter ly. kei su ou che yu meng tsin

e 癸亥陳于商郊。die kouei hay, Lunae 2m 3a, castra metatur in ditione chang, scilicet in loco dicto 牧野. Tching ly inquit, mou ye distare a Meng tsin 400 Ly: die su ou quieverant: ergo in itinere suo non insumpserunt nisi 5 dies, proindeque necesse fuit ut singulis diebus facerent 80 ly et amplius. kouei hay tchen yu chang kiao mou ye

f 俟天休命. expectavit Coeli propitiam voluntatem, quia, inquit liber 周語 illo die cum princeps instruebat agmina sua, supervenit tanta pluvia ut necesse fuerit expectare donec pluvia cessaret. sse tien sieou ming tcheou yu

g 鹿臺 locus ubi Chang ouang cheou coacervaverat innumeros thesauros. situs est prope 衛輝府淇縣 in 河南. liber 殷本紀 ait Principem 紂 post exercitûs sui cladem confugisse ad turrim Lou tay thesaurorum suorum receptaculum, ubi induit pretiosissimas quas habebat vestes et postrò se projecit in ignem quo suffocatus est. vou ouang hoc audito statim jussit illum extrahi ex igne, et ipsi caput amputari et infigi in summitate magni vexilli albi. lou tay wei hoei fou ki hien ho nan. in pen ki tcheou

h 鉅橋 granaria Dynastiæ Chang, cujus adhuc videntur vestigia non longè a Lou Tay. ku kiao

i 豐 scilicet antiquitus regnum 崇. fuit propria regni Tcheou regia quam habitavit ouen ouang. nunc vocatur 古豐邑 in 陝西 ad orientem 西安府鄠縣. in illâ regiâ fung erat templum colendis Dynastiæ Tcheou defunctis Principibus destinatum, ita ut Principes Dynastiæ Tcheou de quibus mentionem fecit Chou king, quotiescumque suscipiebant kou fung y chen si si ngan fou hou hien fung

alicujus momenti negotium, priùs adibant templum regiæ fung ad deprecandum et consulendum Dynastiæ defunctorum Principum manes. ex illa regiâ fung Princeps vou ouang migravit in 鎬 hao

K 桃林 tao lin dicunt esse locum qui nunc vocatur 潼關故城 tung koan kou tching ad sud est 華州潼關縣 hoa tcheou tung koan hien in 陝西 chen si.

l 先王 sien ouang. loquitur hîc de 后稷 heou tsi ex quo ut jam vidimus (37 r.) Dynastia Tcheou ducebat originem. annales referunt ipsius inaugurationem in regno 邰 tay ad annum ante Ch. 2271.

m 公劉 kung lieou nepos Heou tsi qui ex tay migravit in 邠 pin juxta annales anno ante Ch. 1797

n 太王 tay ouang novem generationum successor Principis Kung lieou. anno 1321 ex pin migravit in 岐 ki ubi ædificavit urbem, erexit magnos magistratus et florentis regni fundamenta jecit.

o 王季 ouang ki filius et successor Principis Tay ouang, et Principis Ouen ouang pater. vide (733, b)

p 九年大統未集 kieou nien ta tung oei tsi intra novem annos illiûs (scilicet ouen ouang) molitiones non potuerunt consummari. Kung in ta inquit. jam a longo tempore ouen ouang potiebatur regulatu Tcheou, quando tam sapienter diremit litem inter duo regna 虞 yu et 芮 joui ut plerique imperii Dynastæ Principis Chang ouang cheou tyrannidem exosi, confugerint ad ouen ouang qui ab illo tempore incepit de novo numerare suos annos, ita ut quandò mortuus est jam numerarentur novem anni novi istiûs ut ita dicam regni. liber 竹書 tchou chou refert Dynastiæ 魏 oei Principem 惠王 hoei ouang in regni sui medio ita de novo incepisse numerare annos suos, quasi si fuisset novus imperator. idem fecit Dynastiæ 漢 han Princeps 文帝 ouen ty. Dynastiæ 二元 eul yuen Princeps 景帝 king ty tres habuit ejusmodi primos annos. innumera sunt similia exempla. Scilicet illi Principes post aliquos regni annos desumebant aliud nomen et incipiebant de novo numerare suos annos, quasi si de novo reviviscerent. 伏生 fou cheng et 司馬遷 sse ma tsien non attenderunt certe ad librum tchou chou, quandò dixerunt Principem ouen ouang throno insedisse duntaxat novem annos. ouen ouang jam numerabat annum sui regulatus 40um, quando plures Dynastæ venerunt illi obsequium præstaturi. hoc anno, ouen ouang 改元 kay yuen id est incepit de novo numerare annos regni sui. ab illo kay yuen nono anno et á primâ in solium regulatûs Tcheou inauguratione 49°, ouen ouang mortuus est, ita ut verè

regnaverit 50 annos, ut dicitur infrà in capite vou y (649) itaque quando Chou King dicit intrà novem annos, Principem ouen ouang non potuisse magnum opus consummare, sensus est ouen ouang ab illo tempore quo Reguli venerunt illi obsequium prestitum, vixisse adhuc novem annos, intrà quos Solium non est conscendus, vel quia noluit, vel quia nondùm venerat tempus Cælestium decretorum executioni destinatum. v. Cap. to sang (705)

q 列 爵 惟 五 quinque dignitatum ordines, scilicet 公。侯。伯。子。男。
lie tsio oui ou kung, heou, pe, tse, nan.

r 分 土 惟 三 triplex agrorum divisio. 公 kung et 侯 heou habebant districtum 100 Ly, 伯 pe habebant districtum 70 Ly. 子 tse et 男 nan districtum 50 Ly.

Chronologia Capitis vou Tching.

Difficillima est Capitis vou Tching Chronologia, tùm quià notæ cyclicæ quæ designant varios Lunarum dies, sunt aliqualenùs confusæ, tùm quia variorum qui continentur in capite vou Tching articulorum ordo perturbatus est occasione librorum incendii, et nonnisi recenter in ordinem restitutus. hinc fieri posset ut errores aliqui in illud irrepsissent: quidquid sit, certum est quod capita Tay chi, mou chi et vou Tching agant de eodem negotio, scilicet de pugnâ quâ Dynastiæ Tcheou fundator vou ouang profligavit Dynastiæ Chang Principem Cheou, et sibi imperii Solium asseuravit.

1° dicitur die 壬 辰 jin tchin 1ª Lunæ, Luna erat vicina mortuo cadaveri. iste loquendi modus, juxtà interpretes omnes significat Lunæ diem 2ᵐ vel saltem conjunctioni maximè vicinam (416, a)

2°. Sed quænam erat illa 1ª Luna? erat ne Luna 丑 tcheou Dynastiæ chang 1ª. erat ne Luna 子 tse prima Dynastiæ Tcheou, in quâ debebat esse Solstitium hybernum. quamvis Dynastia Chang nondùm esset exstincta, nihilominùs plerique interpretes contendunt hic agi de 1ª Lunâ Dynastiæ Tcheou; tùm quia Dynastia Tcheou aspiciebat se tanquam jus habentem ad Solium, tùm quia historici Tcheou, qui Dynastiæ suæ fundationem descripsere, probabiliter usi sunt modo numerandi Lunas in suâ Dynastiâ usitato, etiamsi quandò vou ouang oppugnavit Chang ouang Cheou, modus ille nondum esset usitatus: sed hæc sunt meræ conjecturæ: quid enim impedit quominus Dynastiæ Tcheou historicus sese conformaverit modo qui vigebat numerandi Lunas, quando pugna commissa est.

igitur quærendus est annus in quo Luna in quâ est Solstitium hybernum, si agatur de 1ª Lunâ Dynastiæ Tcheou, vel Luna sequens immediatè Solstitium hybernum, si agatur de 1ª Lunâ Dynastiæ Chang, habebat pro 2º die Characteres Cyclicos jin Tchin, et hic annus erit Principis Vou ouang primus de quo agitur in capite Vou Tching. † primus quo fa impera

† Justa Dynastiæ quem Tribunal Mathematicum. justa historiam Tung kien kang mou et alios plures historicos, Principis Vou ouang pugna contra Chang ouang cheou, respondet anno cycli Sexagenarii 己卯 ki mao qui est ante C. 1122. hoc anno Solstitium evenit die 丙寅 ping in 1ª januarii. & evenit die 癸巳 kouei sse 27ª jana: horâ 6ª 15'. proindèque illa luna erat 1ª Dynastiæ Chang et luna præcedens erat 1ª Dynastiæ Tcheou: sed dies 壬辰 jin tchin fuit 27ª janu: ultima 1ª Lunæ Dynastiæ Tcheou. et tum non recurrat nisi post 60 dies, profectò nonnisi post intercallum satis longum potest reperiri post conjunctionem immediatè. ergo sive assumatur 1ª Luna Dynastiæ Chang, sive assumatur 1ª Luna Dynastiæ Tcheou, annus ille 1122, non potest esse annus de quo in capite Vou Tching.

Bonzius 一行 y heng. famosus Mathematicus, refutatis quos alii historici pro anno de quo in cap: Vou tching statuerant annis, assignat annum cycli 庚寅 keng in qui respondet anno ante Ch: 1111. hunc adoptat P. Gaubil in suâ Chronologiâ Sinicâ: et reipsâ demonstratur ex aliis momentis quæ infrà referemus, annum ante Chr. 1111, um melius quam quilibet alius annus, assignari pro anno quo pugna commissa est contra Chang ouang Cheou, quamquam ex capite Vou tching, circa illum annum sint adhuc aliquæ difficultates.

1º: ante Ch. 1112º anno, & quæ evenit sub Meridiano Tay kang Hien, die 庚申 keng chin dec: 27ª 6ʰ. 13' manè, erat Luna 12ª Dynastiæ Chang. siquidem Solstitium evenit in hâc lunâ die decemb: 31ª. 10ʰ. 33' manè. ergo & sequens quæ evenit anno 1111 die 己丑 ki tcheou. jan: 26. 6ʰ. 57' erat 1ª luna Dyn. Chang. sed dies 壬辰 jin tchin erat 4ª Lunæ: et hoc non concordat cum interpretibus qui dicunt diem jin tchin fuisse 2ᵃᵐ Lunæ. et aliunde certum est hoc anno erratum fuisse in lunarum ordinatione.

2º: anno ante Ch. 1112 die 庚寅 keng in 27 Novemb. fuit & sub Meridiano Tay kang hien horâ 4ª. 29'. 27". dies lunæ 2ª 辛卯 sin mao. dies 3ª 壬辰 jin tchin. jam vero 1º Solstitium non est in illâ Lunâ, siquidem

dies ultima Lunæ est 27ª decemb. et Solstitii tempus die 31. 10ʰ. 33'. 44'' manè. 2° dies jin tchin non est nisi 3ª nihilominus videtur illam ☾ quæ evenit 28ª novemb. assignatam fuisse pro 1ª lunâ Dynas. Tcheou. nec obstat 1° quod Solstitii dies non reperiatur in illâ Lunâ, quia juxta historicos certum est anno illo de quo agitur in calculis conjunctionum et Solstitii irrepsisse errores qui deindè a Dynastiæ Tcheou Mathematicis emendati fuerint. non obstat 2° quod dies jin tchin non sit nisi 3ª, quia cum Sinæ juxta motum medium calcularent suas Lunas, sæpissimè evenit ut dies 1ª Lunæ non numeraretur nisi die sequenti conjunctionem: siquidem aliquando referunt eclypsim ☉ evenisse die ultimâ Lunæ. porro in casu præsenti ☾ diei 庚寅 Keng in non evenit nisi sero. ergo prima dies Lunæ potuit reponi die sequenti 辛卯 Sin mao: hanc vero diem 壬辰 jin tchin est luna 2ª.

Equidem illæ rationes insufficientes sunt ad demonstrandam Chronologiam Capitis vou tching. sed infrà patebit epocham illam anni 111 bene concordare cum aliis epochis quas stabiliemus: si nihilominus alicui placeret illud Chronologiæ punctum diligentiùs examinare, hic appono notas Cyclicas quæ reperiuntur in capitibus vou Tching, mou chi, et Tay chi, cum Lunæ diebus et factis historicis quæ Characteribus Cyclicis respondent.

惟十有三年春。 Tay chi Super: 13ª anno, a tempore quo vuen ouang renovaverat regni sui annos, tempore tchun multæ copiæ congregatæ sunt ad debellandum Chang ouang Cheou

1ª ☾ d. 2ª. 一月壬辰旁死魄 vou tching. 1ª Lunâ die jin tchin, Luna erat vicina suo cadaveri mortuo, id est erat vicina suæ conjunctioni in quâ est quasi mortua.

1ª ☾ d. 3ª. 越翼日癸巳王朝步自周 vou tching die sequenti Kouei sse Princeps manè profectus est ex regiâ regni sui tcheou ad regnum Chang versus orientem.

1ª ☾ d. 22ª. 戊午王師逾孟津。 vou tching. die su ou copiæ transeunt Meng tsin.

戊午王次于河朔 tay chi med: die su ou Princeps sistit ad boream fluminis hoang ho.

1ª ☾ d. 29. 時厥明王乃大巡六師 tay chi infr. die sequenti Princeps instituit generalem inspectionem suorum sex agminum.

2ª ☾ d. 3ª. 癸亥陳于商郊 vou tching. die Kouei hay disponit copias in campis regni Chang; sed supervenit pluvia; conformat se voluntati Cæli: pluvia finitâ absolvit dispenere copias.

2ª ☾ d. 4ª 時甲子昧爽王朝至商郊牧野 mou chi. die kia tse manè ante auroram Princeps in campo mou ye adhortatur copias.

甲子昧爽受 ..... die kia tse ante auroram, Cheou ipsemet adducit in conspectum copias suas, non sensus ac sylvarum arbores numerosas.

ut apparet ex inspectione dierum qui afficiuntur Cycli sexagenarii Characteribus, hoc anno fuit una 2ª ☾ intercalaris, cujus 1ª dies Keng in. 3ª Lunæ 1ª dies Keng chin.

4ª ☾. d. 3ª. 厲四月哉生明王來自商至于豐 vou tching 4ª luna quando jam reviviscebat lumen, id est die tertiâ, sin mao, Princeps bello feliciter consummato, redit in suam regiam fung.

4ª ☾. d. 16ª. 既生魄 vou tching quando renascitur cadaver, sive obscuritas, id est post plenilunium die 16ª, reguli jurant fidelitatem Principi vou ouang.

4ª ☾. d. 19ª. 丁未 vou tching. die ting oei Princeps sacrificat majoribus.

4ª ☾. d. 22ª. 越三日庚戌。vou tching. tribus postea diebus, die keng su, vou ouang peragit sacros ritus supremo Domino, terræ et spiritibus.

hi sunt textus capitum Tay chi, Mou Chi et vou Tching qui inservire possunt ad illorum capitum Chronologiam quam aliundè ut jam dixi, infrà confirmabimus.

Caput 4um

洪範

Hung fan

universalis morum regula.

洪 hung significat magnum, amplum. 範 fan significat regulam, documentum, regimen. Tcheou vou ouang, debellato Chang ouang cheou, quæsivit a ky tse aliqua de arte bene regendi documenta. responsa ki tse sunt materia præsentis capitis quod ideò dicitur Hung fan.

425. anno 13º[a], Princeps (vou ouang) consuluit[b] 箕子 ky tse

vou ouang quærit documenta a ki tse.

426. Principis verba hæc erant. O ki tse! Cælum dirigit[c] inferiores populos et adjuvat illos ut vivant vitam conformem illi interiori directioni, scilicet lumini naturali. Sed ignoro illarum fundamentalium legum ordinem et methodum.

ki tse respondet Principis officia contineri in libro lo chou quod a cælo traditum est Principi yu.

427. Principi respondet ki tse his verbis. audivi quod olim 鯀 koen male adimplendo munus quod illi commissum fuerat medendi aquarum eluvionibus, turbaverit[d] quinque elementorum[e] ordinem: ideò supremus Dominus irâ commotus non illi largitus est novem illas Hung[f] fan species, quas postea largitus est Principi 禹 yu largiendo illi 洛書 lo chou itaque negligentiâ koen eversis officiorum humanæ societatis novem fundamentalibus regulis, koen detrusus est in carcerem ubi et mortuus est. Sed cum magnus yu successisset muneri negligentis koen, Cælum largitum est magno yu novem hung fan species (scilicet lo Chou). inde officiorum societatis humanæ fundamentalium ordo.

quid sint illae novem hung fan species.

428. novem illarum hung fan specierum 1ª vocatur 五行 quinque elementa.
ou hing
2ª vocatur 敬用五事 quinque hominis facultatum religiosus usus. 3ª vocatur
King yung ou che
農用八政 octo reguminum fructuosus usus. 4ª vocatur 協用五紀。 quinque
nung yung pa tching hie yung ou ki
periodorum sive rerum ex quibus Oeconomia coelorum pendet usus et illis conformitas.
5ª vocatur 建用皇極 Principis poli sive aprias usus ad populos in virtute confirmandos.
kien yung hoang ki
6ª vocatur 乂用三德 trium virtutum usus in regimine. 7ª vocatur 明用稽疑
y yung san te ming yung ki y
Sagacitatis usus in examinando res dubias. 8ª vocatur 念用庶徵 variarum convenientiarum
nien yung chou tching
usus et meditatio. 9ª vocatur 嚮用五福。威用六極。 usus quinque felicitatum
hiang yung ou fou. oui yung leou ki
ad incitationem, et usus sex calamitatum ad abstterrendum.

ou hing.

429. Sigillatim explicantur novem illae hung fan species. 1ª vocatur 五行 quinque
ou hing
elementa, sive potius quinque res ad vitam sustentandam necessariae. 1ª est aqua. 2ª
ignis. 3ª lignum. 4ª metalla. 5ª terra. aqua deorsum sese insinuat: ignis flammas
sursum attollit: lignum est rectum vel curvum. metalla varias pro arbitrio formas
induunt vel mutant: terra excipit semina quae illi mandantur, et segetes producit:
illius quod humectat ac deorsum tendit (scilicet aquae) qualitas est esse salsam. quod
flammas in altum emittit, est sapum ac dirum. quod rectum est vel curvum, est
acerbum. quod varias pro arbitrio formas induit ac mutat est acidum. quod fruges
excipit et segetes producit est dulce.

che.

430. 2ª species. 五事。 quinque res. 1ª, est figura exterior. 2ª, loquela. 3ª, visus.
ou che
4ª, auditus. 5ª, cogitatio. in figurâ exteriori sit circumspectio. in loquelâ, rationi
conformitas. in visu, perspicacia. in auditu, subtilitas. in cogitatione, acumen. ex circumspectione,
exurget veneratio. ex conformitate rationi, bonum regimen. ex perspicacitate, rerum
profunda cognitio. ex auditus subtilitate, prudentia in consiliis. ex ingenii acumine
(siquidem illius ope poterunt cognosci et proinde agi quaecunque decent) exurget
sanctitas, scilicet horum omnium collectio.

3ª pa tching

431. 3ª Species. 八政 octo regimina, sive octo res quæ concurrunt ad bonum
pa tching
regimen. 1ª est alimenta. 2ª divitiæ. 3ª religionis ritus. 4ª magistratus 司空
sse kung
qui providet populorum habitationibus. 5ª 司徒 qui incigilat populorum moribus.
sse tou
6ª 司寇 rerum criminalium judex. 7ª hospitalitas. 8ª militares copiæ.
sse kou

4ª. ou ki.

432. 4ª Species. 五紀 quinque periodi sive methodi. 1ª annus. 2ª Luna. 3ª Sol.
ou ki
4ª Stellæ et signa Zodiaci in quibus eveniunt conjunctiones et oppositiones. 5ª illa
omnia supputandi methodus, sive Astronomia.

5ª hoang ki.

433. 5ª Species. 皇極. Principis polus, apex, exemplar. quando Princeps
hoang ki
constituerit se tanquam polum circa quem revolutiones suas, scilicet munera sua
adimpleant subditi, et collegerit in se quinque felicitates, ut passim illas populis
universis possit propagare et communicare: tunc populi universi tendent ad illius
polum et enitentur illum in suo polo conservare ac tueri.

434. inter omnes populos nulla erit pravorum societas et conjuratio. qui
magistratus gerunt, nihil agent ex privato affectu contra jus et æquum; sed omnia
juxta Principis voluntatem, quia scilicet Princeps in polo et apice constitutus est.

435. inter omnes populos nullus erit qui non sit prudens in negotiorum susceptione,
solers et habilis in illorum executione, purus et integer in suo munere obeundo. tunc
certe de illis qui ita se gerent debes cum affectu cogitare nec illorum oblivisci in
munerum distributione. Si qui sint qui apicem sive polum, nondum potuerint
pertingere; modo non aberraverint in aliquot graves culpas, Princeps debet illos
assumere: ita enim illis addentur animi et vires. tunc in illorum vultu apparebit
interna illorum pax, et beneficiis tuis devicti dicent. volumus certe Princeps virtutem
amplecti. tu porro debeis illos beare et evehere. Si ita te gesseris, nullus erit qui
non tendat ad Principis polum et apicem.

436. ne derelinquas et opprimi sinas orphanos et miseros. ne deterrearis magnatum

famâ et authoritate quâ pollent apud populum: sed si rei fuerint, in illos animadverte.

437. qui talentis et habilitate pollent; committatur illis occasio exercendi talenta sua, et ità efflorebit regnum. quicumque probatâ integritate gerunt munus suum, præbeas illis amplos reditus. ita tibi illos devincies. nisi porro efficias ut illi possint commodè familiam suam alere, tunc omni spe destituti vix evitabunt culpas. qui e contra virtutem non colunt, si illos beaveris, non ideo illos ad bonum impelles, efficies duntaxat ut dicatur te usum fuisse pravis hominibus.

Cantilena quam Sitse vult ab omnibus edisci et cantari.

438. cantilena inquit: nihil sit tortuosum et non rectum. nihil scabrum et non planum. sit in exemplar Principis æquitas. ne ex affectu privato amentur ea quæ non debent amari: sit in exemplar Principis agendi ratio. ne privato odio afficiantur ea quæ non debent odio affici: sit in exemplar ea quam Princeps insistit via. nihil sit tortuosum et inflexum. nihil injustum et ex privato amore. quam Princeps insistit via ampla est et vasta. nihil sit injustum, nihil inflexum: quam Princeps insistit via plana est et directa. ne retrogrediaris, ne declines ad latus. quam Princeps insistit via recta est et non devia. quisque porro in agendo conformet se illi polo. polus ille sit scopus ad quem quisque tendat.

439. pergit adhuc. jam vero verba illa quæ exponunt quid sit Principis polus, sunt prima et immutabilia legis naturalis dictamina, sunt humani generis dirigendi magna documenta, uno verbo sunt ipsiusmet supremi Domini documenta.

440. si doctrinæ illi quæ explicat quid sit Principis polus, obsequantur universi populi, et illam in praxim redigant, ita paulatim efficient ut Cæli filius pertingat ad fulgorem quem habere debet, et exclamabunt: Cæli filius (scilicet Princeps) est verè populorum pater et mater: dignus est certè qui præsit orbi universo.

6ª Sante

441. 6ª species 三德 tres virtutes. 1ª est sinceritas et rectitudo absque ullis ambagibus. 2ª in regimine vigor et firmitas. 3ª in regendo mansuetudo et benignitas. quando imperium erit pacatum et incolume, sufficiet in regimine sinceritas et

rectitudo: Si populi sint duri et indociles, adhibenda erunt firmitas et vigor. Si populi sint dociles, mansuetudine ac benignitate erunt regendi: quoad illos qui timiditate sese abscondunt et quasi sepeliunt, vigor adhibendus erit ad illos excitandos. qui vero talentis eminentes et conspicui anhelant ad nimis ardua, illorum ardor erit prudentiâ temperandus.

442. Duntaxat Princeps potest beare. duntaxat Princeps potest deterrere. duntaxat Princeps abundat exquisitis epulis. Subditorum non est beare, deterrere, exquisitis abundare epulis.

443. Si subditi sibi arrogent beare, deterrere et exquisitis abundare epulis; ordo pervertitur, familiis imminent calamitates, immo et regno imminet ruina. Si qui sunt in dignitate constituti deflectant a recto, vafri sint et iniqui, populi certè ad exemplum praefectorum brevi conditionis suae fines transgredientur et vergent ad malum.

7a. ky y. 444 7a Species. 楂 疑 in dubiis inquirere quid agendum. Scilicet seligere et in
ky y
magistratu constituere vates 卜 qui inspiciendo testudinem et vates 筮 qui
po chi
combinando herbam 蓍 possint vaticinari. et in rebus dubiis jubere illos uti
chi
testudine et herbâ chy ad vaticinandum

445 quae ducuntur ex testudine praesagia, alia dicuntur 雨 pluvia, alia dicuntur
yu
霽 cessatio pluviae, alia dicuntur 蒙 obscuritas, alia dicuntur 馬睪 dissipatio, alia
tsii mung ii
dicuntur 克 vincere.
ke

446. quae vero ducuntur ex herbâ chy, alia dicuntur 貞 rectitudo, alia dicuntur
tching
悔 mutatio.
hoei

447. in summâ sunt septem praesagiorum species. 5a ex inspectione testudinis, et duo ex combinatione herbae chi. ex quibus singulis inquiri possunt et praecaveri qui in agendo irrepere possent defectus.

448. quando inquirendum erit utrum res agenda sit vel non: quos constitueris viros ad consulendam testudinem vel herbam chi debent esse tres, et in quo illorum duo consentient, illud sequi debebis.

449. Si igitur occurrat dubium de re magni momenti, utrum agenda sit vel non; consule temet ipsum. consule magistratus, tum majores 卿 (King) tum inferiores 士 (che). consule populum. consule testudinem et herbam chi. Si persuasum tibi sit esse agendum, si testudo suadeat, si herba Chi suadeat; si magistratus King et che suadeant, si plebs infima suadeat; hoc est quod vocatur magna unanimitas: si obsequaris, non potest indè evenire tibi nisi incolumitas et pax, et posteris tuis magna felicitas. Si consentias, si consentiat testudo, si consentiat herba chi, quamvis King et che dissuadeant, quamvis plebs infima dissuadeat, nihilominus omen est prosperum. Si King et che suadeant, si testudo suadeat, si herba chi suadeat, quamvis repugnes, quamvis plebs infima repugnet, nihilominus augurium est adhuc prosperum. Si plebs infima assentiatur, si testudo assentiatur, si herba chi assentiatur, quamvis repugnes, quamvis King et che repugnent, augurium est adhuc prosperum. Si assentiaris, si testudo assentiatur, sed repugnet herba chi, repugnent King et che, repugnet infima plebs; tunc felix erit successus si agatur de rebus interioribus (quales essent sacrificia, nuptiæ 𝔐) infelix autem in rebus exterioribus quale esset bellum 𝔐: quando testudo et herba chi erunt oppositæ hominibus, tunc omen erit felix pro solitudine, id est pro rebus quæ spectant ad sui ipsius perfectionem, infelix autem si exteriùs agatur.

P. chou tching. 450. 3ª species. 庶徵 (choatching) quælibet convenientiæ, scilicet pluvia, serenitas, calor, frigus, ventus et tempus opportunum, sive harum quinque rerum juxta opportunum tempus distributio.

451. Si hæcce quinque succedant ad optata, et unumquodque juxtà suum ordinem; tunc omnes plantæ ubertim crescent.

452. Si verò ex illis quinque unum plus æquo abundet, inde sequetur calamitas. item, si unum nimis parcè adsit, indè etiam calamitas.

453. jam verò quinque illa quamvis pendeant à Cælo, nihilominus connexionem

habent cum Principis actionibus, et consequenter ad Principis bonitatem vel malitiam, sunt etiam bona vel mala, prospera vel adversa. quatenùs illa Tching prosperè procedunt: si in Principe eluceat majestas, pluvia aderit tempore opportuno. Si ipsius verba ut pote rationi conformia tendant ad bonum regimen, serenitas aderit tempore opportuno. Si in illo adsit perspicax visus, calor aderit tempore opportuno. Si auditus sit acutus et prudens, frigus aderit tempore opportuno. Si mens sit recta et adsit sanctitas, ventus erit tempore opportuno. quatenùs illa Tching sunt adversa: si Princeps sit incompositus, pluvia veniet intempestivè. Si sit in verbis procax, serenitas aderit tempore intempestivo. Si sit in visu negligens et inattentus, calor aderit intempestivè. Si sit in auditu praeceps, nec maturam adhibeat deliberationem, frigus saeviet intempestivè. Si mente sit hebes ac stupidus, ventus flabit intempestivè.

454 Princeps examinet se et inquirat utrum sit quasi annus. Magistratus 卿 (King) et 士 (che) utrum sint quasi menses. Magistratus 師 (che) et 尹 (yn) utrum sint quasi dies.

455. Si annus, Lunae, dies ac tempora non turbentur, tunc abundabunt quaelibet fruges terrae, florebit regimen, florebit virtus inter populos, familiae fruentur pace ac tranquillitate.

456. Si e contrà dies, lunae, annus ac tempora turbentur, variae fruges terrae non crescent, regimen turbabitur nec efflorebit, latebunt populi virtutes, deerit in familiis tranquillitas.

457. populi sunt quasi stellae. aliquae stellae gaudent vento. aliquae stellae gaudent pluviâ: sed ipsaemet non possunt adducere ventum et pluviam. Sol et Luna illas percurrendo efficiunt hyemem et aestatem. quandò Luna in cursu suo conjungitur his vel illis stellis, vel flat ventus vel cadit pluvia.

9. ou fou. 458. 9ª species. 五 福 (ou fou) quinque felicitates. 1ª est longa vita. 2ª divitiae. 3ª incolumitas. 4ª unicae virtutis amor. 5ª perseverantia in bono usque in finem.

459. 六 極 (leou ki) sex calamitatum summa. 1ª est praematura et violenta mors. 2ª morbus. 3ª tristitia. 4ª paupertas, 5ª morum pravitas. 6ª debilitas.

a 十有三祀 13° anno, eodem scilicet quo vou ouang prostigavit Chang ouang Cheou.
chi yeou san sse.
sub Dynastiâ Chang annus vocabatur 祀. sub Dynastiâ Tcheou vocabatur 年. Ky tse utpotè
sse nien
Dynastiæ Chang magnas, utitur adhuc patrio loquendi modo.

b 王訪于箕子 Princeps inquirit a Ki tse. 箕 erat nomen regni: 子 verò nomen
ouang fang yu ki tse ki tse
unius ex quinque regulorum dignitatibus. Ki tse propter eximiam quâ pollebat probitatem,
principi Chang ouang cheou exosus, ab illo detrusus fuerat in carcerem. vou ouang debellato
principe Cheou, e carcere edusit Ki tse: sed 書傳 ait Ki tse nolentem amplius sese in gravibus
chou tchouen
negotiis immiscere, fugisse in regnum 朝鮮 scilicet Coræ, quo audito vou ouang dedit illi hujus
tchao sien
regni regulatum: igitur Ki tse coactus est venire ad obsequium præstandum principi vou ouang,
et hâc occasione composuit Hung fan. liber 宗世家 ait vou ouang dedisse principi Ki tse
sung chi kia
regulatum Coræ tanquam præmium pro compositione hung fan.

c 天陰隲下民 Cælum absconditè dirigit inferiores populos. interpres Kung in tse multùm
tien in tchi hia min
sese extendit in explicatione hujus textûs. dicit populos a Cælo in creatione suâ accepisse corpus
et spiritum, Cælum absque voci aut alterius exterioris signi medio infudisse in omnibus
hominibus intimos sensus qui homines ad bonum inducant: non tantùm Cælum infudisse in
homine illos intimos sensus, sed præterea adjuvare hominem ut vivat conformiter illis intimis
sensibus sive Lumini naturali, et ita perveniat ad vitam interminabilem.

d 汩陳其五行 turbavit ordinem 5 elementorum. scilicet Kouen, non afferendo remedium
kou tchen ki ou heng
inundationi quæ totum latè devastabat imperium; hoc ipso quinque rerum ad vitam hominum sustentandam
maximè necessariarum usus vel ei interdictus, vel saltem ex maximâ parte impeditus.

e 五行 quæ Sinæ vocant ou heng, scilicet aqua, ignis, lignum, metalla, terra, Europæi
ou heng.
vertunt 5 elementa: sed ut jam supra vidimus, Sinæ non aspiciunt illa 5 heng quasi rerum
elementa, sed quasi res hominum vitæ sustentandæ maximè necessarias. multùm sese extendunt
interpretes circa illorum 5 heng creationem, ordinem et qualitates: sed illa nimis absurda sunt quæ
referantur: qualitates autem quas illis 5 heng attribuit Caput Hung fan, has illi ita explicant.

aqua quia facilè contrahit gustum et colorem rerum quas alluit et infra terram sæpius transit per salis fodinas undè contrahit aliquem gustum: ideò dicitur 鹹 (hien) salsa. quia ignis dissecat et quasi affligit quidquid illi permittitur: ideò dicitur 苦 (kou) molestum, amarum. quià fructus arborum nundùm maturi sunt asperi: ideo lignum dicitur 酸 (souon) ℋ

f 天乃錫禹洪範九疇。 (tien nay si yu hung fan kieou tcheou.) Cælum dedit Principi yu novem species Hung fan. interpretes dicunt quod quemadmodùm primo imperatori fou hi, supra dorsum draconis equini e flumine exeuntis oblata est mappa 河圖 (ho tou) quâ usus est fou hi ad conficienda 八卦 (pa koua) novem sortes, quæ sunt libri 易經 (y king) prima fundamenta, ita et Principi yu postquam feliciter consummavisset aquarum inundationibus medendi magnum opus, miraculosè suprà dorsum testudinis oblatus est liber 洛書 (lo chou) ex quo desumptæ sunt novem illæ hung fan species, quas interpretes sinæ fusè et eloquenter in suis commentariis commentati sunt. Sed cum textus per se sit clarus, supersedebo ab interpretationibus quæ aliunde potius dicendæ sunt amplificationes oratorum quam interpretum elucidationes.

g. 皇極 (hoang ki) hoang juxta etymologiam vocis significat per se regnans. significat etiam Princeps, magnus ℋ. ki est summum, apex, medium, centrum, polus. ℋ ab omni memoriâ sinæ comparationem instituerunt imperii cum firmamento, ut videri potest in Astronomiâ P. Gaubil. dicunt Principem esse quasi polum, qui ipse immotus girat et movet cætera firmamenti astra. Princeps debet esse norma et exemplar in quod respiciant subditi.

h. 稽疑 (ki y) resolvere se in dubiis. jam fusè explicuimus suprà (57, a, b, c, d, e,) quid significent illæ voces 卜 (po) et 筮 (chi), et quisnam erat modus consulendi testudinem et herbam Chi. hîc porrò distinguendum inter textum et interpretationes. certum est quod in modo quo interpretes exponunt textum, scaturiant plures superstitiones quæ subsequentibus sæculis irrepserunt in modum consulendi auguria. v.g. quod interpretes dicunt de 八卦 (pa koua) in divinatione per herbam Chi, non reperitur in textu. explicuerunt illi textum libri Chou king juxtà modum quo dùm illi vivebant ducebantur sortes. fortasse illæ sortes in primâ suâ institutione nihil habebant superstitiosi et erant duntaxat mera ceremonia ad 告 (kao) commonendum, ut aiunt,

supremum dominum, ejusque auxilium implorandum. videtur tamen tempore vou ouang jam irrepsisse plura quae difficile esset non inurere superstitionis notâ. qui versati sunt in antiquarum caeremoniarum scientiâ, tutiùs quam ego ferre poterunt judicium de mero libri chou king textu quem verbo ad verbum quoad fieri potuit reddidi.

i 庶徵 vox Tartarica 夏 quae respondet illi voci Tching, significat convenientiam: sed
chou tching atchaboun
vox Sinica Tching adhuc significat phaenomenum, apparentiam, meteorum H

K. 王省惟歲 Princeps examinet annum. hîc instituitur comparatio principis cum anno
ouang seng oei soui
et magistratuum cum mensibus ac diebus. scilicet ex principe pendent magistratus, quemadmodum ex anno pendent menses et dies. 卿士 pendent a principe et sub se comprehendunt 師尹
king che che in
quemadmodùm Lunae continentur in annis et comprehendunt sub se dies. igitur princeps debet examinare utrùm inter eos quos sub se continet vigeat ordo, quemadmodùm inter menses et dies qui sub anno continentur. item Magistratus King et Che H

l 星有好風 Stellae sunt quae gaudent vento. scilicet quemadmodum sol et Luna
sing yeou hao fung.
in suâ cum stellis conjunctione causant ventum vel pluviam, prout stellae quibus conjunguntur gaudent pluviâ vel vento; ita princeps populorum felicitatem vel calamitates facit, prout populi delectantur bono vel malo. haec porro comparatio fortassè non fundatur nisi plebis praejudicio, non autem quod eruditi reipsâ stellarum influxus agnoverint.

Caput 5um

旅獒

Lu Ngao

regni Lu Canis.

familiâ Chang debellatâ, Tcheou vou ouang tranquillè potiebatur imperio. Occidentalis regni 旅 legati venerunt in tributum oblaturi unum 獒 id est canem extraordinariae
lu ngao
magnitudinis. 召公奭 qui tunc gerebat munus 太保 obtulit imperatori vou ouang
chao kung chi tay pao
praesentem libellum, in quo suadere conatur tale munus non esse excipiendum.

historicus exponit qua occasione chao kung imperatori obtulerit libellum.

460. debellatâ Dynastiâ Chang, statim viæ perviæ factæ sunt novem exteris 夷 (b, y) et octo 蠻 (man). Occidentale regnum 旅 (a, lu) venit in tributum oblaturum regionis suæ magnos canes 獒 (ngao). hac occasione Tay pao composuit libellum quem vocavit Lu ngao, in quo principi documenta tradit

chao kung ait virtutem esse unicum medium ad devincendos sibi exteros.

461 eheu! inquit; qui ab omni ævo floruerunt principes, suo virtutum amore et cultu sibi devicerunt omnes quatuor exterarum nationum populos. quas singuli tam remoti quam proximi venerunt oblaturi suæ regionis res, erant duntaxat vestes, vasa, comestibilia, cæteraque hujusmodi ad usum, non autem ad merum oblectamentum

quem usum faciebat princeps rerum quæ illi offerebantur ad sibi devinciendos principes tributarios.

462. tunc princeps ad latè propagandam donorum quæ virtuti suæ offerebantur famam, ex illis donis aliqua distribuebat regnorum principibus et Dynastis qui non erant ex suâ familiâ, ut excitaret illos ne deessent muneri suo. si quæ forent rara et pretiosa, illa distribuebat familiæ suæ Dynastis, et ita sibi consanguineos devinciebat. nullus porro erat qui illa munera parvipenderet; nullus in hisce muneribus aspiciebat ipsasmet res, sed in rebus omnes aspiciebant virtutem cujus illæ erant præmium.

princeps nullum debet lacessere ac despicere.

463. qui virtute eminet, nullum lacessit ac despicit. si lacessatur ac despiciatur qui in dignitate constitutus est, jam ille non exeret animi vires. si lacessatur ac despiciatur plebeius, jam ille non exeret vires corporis.

464 si aures et oculi non captiventur cupiditatibus, regulæ omnes juxta quas agetur erunt rectæ.

465 deridendo homines virtus pessumdatur. inordinatè amando creaturas, pessumdatur voluntas.

466 voluntas ratione stabiliatur. verba neque prodeant neque excipiantur nisi juxta rationem.

non plurimi faciendae sunt res duntaxat rarae non autem utiles.

467. non agere ea quae nullum[c] habent emolumentum: non omittere ea quae habent[d] emolumentum; hoc est perfectionis summa. Si non magni pendantur res pretiosae. Si non flocci habeatur quae usui sunt, tunc nihil deerit populis. Si non alantur canes et equi in alienâ terrâ nati; si speciosarum avium rararumque ferarum soboles non propagentur in imperio; si non nimio pretio habeantur quae de longinquo veniunt res: tunc e longinquo[e] affluent exteri. Si virtus duntaxat habeatur in pretio, tunc in pace ac tranquillitate vitam degent propinqui, id est subditi.

ex minimo defectu magna virtus deperditur.

468. Princeps qui vult virtutis apicem attingere, o quam assiduam in rebus etiam minimis adhibere debet diligentiam! diu noctuque nullatenus torpere debet. Si in rebus parvis non attenderit, magnas virtutes tandem evertet. qui vult erigere montem novem 仞[f] altum, ex unicâ terrae sportulâ quae deerit, ipsius opus erit imperfectum.
jin

469. Si recto ac sincero animo haec agat Princeps, populis assecurabit vitam tranquillam et regnabit in saecula futura.

a 旅 dicunt fuisse regnum respectu regni Tcheou maxime occidentale et remotum: nescio ubinam fuerit.
lu

b 九夷八蠻。geographia 釋地 ait 九夷。八狄。七戎。六蠻. novem y, octo ty
kieou y. pa man. che ty kieou y, pa ty, tsi jung, leou man
septem jung, sex man, varii illi populi limitant spatium illud quod vocamus intra quatuor maria. deinde ait octo Man sunt in Australi parte, sex jung in occidentali, quinque ty in boreali. ita sibimet ipse non concordat. authores alii etiam inter se non concordant circa numerum et situm illarum nationum.

c 無益 quales sunt deambulatio, vestes pretiosae, domus magnificae &c
vou y

d 有益 qualia sunt vasa, utensilia &c
yeou y

e 遠人格 quia scilicet quando Princeps non erit ambitiosus exteri gaudebunt se illi subdere
yuen jin ko

f 仞 mensura. 8 pedum.
jin

Caput 6um

金縢

Kin Teng.

Aurea fascia.

Kin teng est nomen unius arcae inquâ recondebantur libri continentes oracula et alia ejusmodi pretiosa. Kin est aurum; teng, fascia. quia arca illa aureis fasciis occludebatur; indè illius nomen.

pacato ac stabilito imperio Tcheou, Tcheou vou ouang incidit in morbum. comes 周公 timens
tcheou kung
ne indè inter populos excitarentur turbae, spiritus invocavit, sortes duxit; se ipsum pro principe in holocaustum obtulit, et composuit preces quas inclusit in arcâ Kin teng. sed posteà calumniis impetitus Tcheou kung, secessit in orientales partes. intereà Tching ouang qui successerat principi vou ouang, sedare volens turbas quae in imperio ortae erant, duxit sortes et apertâ arcâ Kin teng, incidit in preces quas composuerat Tcheou kung, in quibus se totum pro principis sui salute devovebat. Tching ouang exindè cognoscens innocentiam Tcheou kung, judicavit imperii calamitates oriri ex modo indigno quo tractatus fuerat Tcheou kung: ideo ipsemet illum accersivit, ac in pristinam authoritatem restituit.

vou ouang incidit in morbum. 470. Secundo[a] à Dynastiae Chang clade anno, princeps vou ouang incidit in morbum[b]

Duo comites volunt consulere auguria. 471. Statim dixerunt duo comites, scilicet 太公望。召公奭. circà nostrum
tay kung ouang. chao kung tchi.
principem, relligiosè nobis consulenda sunt auguria.

Tcheou kung non vult. 472. minimè[d], inquit Tcheou kung[c]. praedecessores nostri principes non sunt molestandi: res non adeò urget

Tcheou kung praeparat tria altaria ad preces fundendas. 473. itaque Tcheou kung totum istud negotium in se suscepit. ex congestâ terrâ fecit tria 壇[e] sive aras pro sacrificiis, quae erant in uno 墠[f] id est spatio excavato et
tan chen
complanato. praetereà ad Austrum trium tan fecit quartum quod aspiciebat boream. in illis aris postquam erectae fuerunt, Tcheou kung collocavit tabellam 璧[g]; at manu
pi
gestans tabellam 珪[h] dirigeret preces suas ad principes defunctos 太王。王季[k]。文王
kouei
tay ouang. ouang ki. ouen ouang.

Tcheou kung devovet se pro principis infirmi salute

474. Supremus relligionis rituum praeses 太史 statim legit tabellis inscriptas preces quas Tcheou kung dirigebat ad priorum imperatorum manes pro illorum nepotis incolumitate. tales erant illae preces. vester nepos et in throno haeres talis, incidit in morbum gravem et periculosum. cum vobis, O tres reges, a Caelo commissa fuerit magni hujus nepotis cura, pro tali, scilicet rege, potius me 旦 assumite.

quare potius sit assumere Tcheou kung quam principem

475. ego erga majores pius et obsequens, praeditus sum magnâ sagacitate magnisque talentis pro inserviendis spiritibus ac defunctorum manibus. vester vero illustris nepos neque tantam capacitatem, neque tot talenta habet quot ego Tan, nec potest tam benè quam ego inservire spiritibus ac defunctorum manibus.

quam pretiosa in imperio principis vita.

476. ille in supremi Caelorum Domini aulâ electus imperator, imperii quatuor partes auxilio passim tutatus, potest certè vestros nepotes, scilicet a vobis relictos populos per totum imperium in pace firmâ stabilire. ex quatuor imperii partium populis, nullus est qui non illum colat ac revereatur. eheu! pretiosum illud quod a Caelo emanavit decretum (scilicet de Vou ouang ad thronum evehendo) ne frustremini. priores Dynastiae nostrae principes habebunt indè cui innitantur et ad quod confugiant, quia scilicet vou ouang relligiosè curat observari ritus ergà majores defunctos.

477. nunc ego statim ope magnae testudinis inquiram voluntatem vestram. si mihi annueritis ac me loco principis assumatis, sine morâ accipiam tabellas pi et kouei et revertar expectaturus vestrae voluntatis executionem, id est meam mortem. si mihi non annueritis, ego certe abscondam tabellas pi et kouei, siquidem vou ouang defuncto, unâ etiam peribunt omnes erga vos relligionis ritus.

oraculorum responsa fausta

478. tres itaque juxtà ritum Haruspices consuluerunt testudinem: sed trium simul unum omen faustum. deindè aperta est sera ad videndum oraculorum librum, et pariter omen propitium.

479. tunc exclamat comes. bonum omen! Princeps erit incolumis. ego igitur homuncio, subire debeo quod recenter tres Principes de me decreverunt. nihil in votis habeo nisi longam Principis posteritatem. nihil aliud spero nisi quod tres Principes dignentur recordari mei Principis.

480. precibus absolutis et responsis acceptis, redivit comes; et libellus qui continebat illiûs preces inclusus est in arcâ kin teng. die sequenti, Principis morbus meliùs se habuit.

481 juxtà sse Ma tsien; vou ouang non regnavit nisi hisce duobus annis: sed juxtà alios historicos, nonnisi quatuor post illum eventum annis vou ouang mortuus est et reliquit pro successore filium suum 成王 (tching ouang) cujus tutelam commisit comiti Tcheou kung, usquè dum filius attingeret aetatem idoneam ut per semet ipsum regere posset. cum ergo Tcheou kung regeret imperium, hoc illi concitavit plurimorum invidiam: qua occasione historicus ait.

Calumniis impetitur Tcheou kung

post funera Principis vou ouang, 管叔 (koan chou) et alii fratres natu minores, in imperio sparserunt rumores falsos et dixerunt Tcheou kung velle usurpare thronum et inferre damnum infanti Principi.

Tcheou kung cogitat de fuga

482. ideò Tcheou kung adit comites duos Tay kung et chao kung quos ità alloquitur. certè mihi fugâ consulendum est. nisi ego effugiam, ingravescent murmurationes, imperium turbabitur, nec erit ullus me apud priores nostros reges excusandi locus, vel, nec ullum amplius nostris primis Principibus offeretur sacrificium.

Detegitur calumnia

483. Secessit itaque Tcheou kung et postquam duobus annis mansisset in Orientalibus partibus, demùm innotuerunt calumniae et calumniatores.

Tcheou kung componit elegiam tchi hiao

484 consequenter, Tcheou kung composuit carmina quae obtulit Principi, vocata 鴟鴞 (tchi hiao). Princeps illis lectis non ausus est amplius ullam contra comitem iram fovere

quomodo detegitur comitis integritas.

485. hâc porro occasione Tcheou kung innocentiâ manifestata est. in autumno cum jam messes uberrimae essent maturae, sed nundum collectae, orta est e Caelo

tempestas adeò magna cum tonitru fulguribus et vento, ut fruges omnes in terram prostratæ fuerint et magnæ arbores eradicatæ. universos imperii populos invasit magna consternatio. Princeps unâ cum 大夫 omnes ad unum capiti suo imposuerunt pelliceum biretum 弁 ad aperiendum arcam. Kin teng, inquâ continebantur oraculorum libri. ex illâ porrò extraxerunt libellum a Tcheou Kung exaratum, ubi erat oblatio quam fecerat suimet ipsiûs pro suo Principe vou ouang.

tay fou

pien

486. Duo comites, scilicet Tay Kung et chao Kung, unà cum Principe Tching ouang, statim omnes imperii historicos ac viros quibus negotiorum et augurium cura commissa est interrogaverunt de veritate hujus facti. omnes unâ voce responderunt dicentes. factum est verum: sed eheu! comes jussit nos scribere suam voluntatem et illam in arcâ celare: ideò non ausi sumus illam divulgare.

Tching ouang accersit Tcheou Kung.

487. Princeps itaque assumpto libello, lachrimans inquit. calamitatum nostrarum causa jam patet. jam non opus est ut communi animo consulamus oracula ad illam detegendam. olim Tcheou Kung vires omnes exercuit pro regiâ familiâ: duntaxat ego tunc temporis adhuc infans non potui illud rescire. si nunc Cælum erga nos severitatem exerceat, nonnisi ut manifestet Tcheou Kung virtutem et ulciscatur illiûs innocentiam oppressam. ego igitur homuncio, ipsemet illi obviam ibo et in aulam reducam: hoc exigunt regni et familiæ meæ jura.

ut primum Princeps accersit Tcheou Kung, cessant calamitates.

488. nec morâ Principe ex imperii limitibus egresso ad accersendum Tcheou Kung, statim e Cælo salubris imber depluit, mutati sunt venti ac messes dejectæ omnino erectæ sunt. deinde duo comites, Tay Kung et chao Kung ediserunt universis imperii populis, ut quotquot essent magnæ arbores eversæ, illas erigerent ac terrâ ad radicem compressâ firmarent, et ita ille annus fuit abundantissimus

a. 二年 Secundo anno. juxta Epocham quam statuimus in Capite vou Tching (416)
eul nien

ille secundus annus a debellato Chang ouang Cheou erat ante Chr. 1110us.

b. 弗豫 yu proprie significat laetus. fou yu, tristis; idest morbus erat gravis.
fou yu

c. 周公 frater minor imperatoris vou ouang, qui floruit, tum suâ in administrando
tcheou kung
imperio sagacitate, tum suâ eruditione profundâ, cujus fidem faciunt libri illius plurimi qui adhuc supersunt, tum suâ eminenti virtute quae apparebit in documentis illius eximiis quae deinceps in decursu hujus libri referentur.

d 未可 non decet.... Caeremonia illa 卜 quâ ducebantur sortes fieri debebat cum
oei ko po
apparatu magno: illuc enim convenire debebant reguli et imperii Magnates. Tcheou kung timens ne si oraculorum responsa non essent prospera, indè orirentur turbae, satius duxit rem fieri in secreto: aliundè habebat intentionem sese totum devovendi pro principis salute: ideo dicit se negotium illud totum in se suscipere.

e. 壇 terra elevata, quasi ara ad sacrificandum.
tan

f. 墠 septum bene complanatum in quo erigebantur arae tan.
chen

g. 璧 species tabellae ex lapide pretioso, cujus forma et usus incerta.
pi

h. 珪 jam antea vidimus kouei esse tabellam quam venerationis causâ Reguli et
kouei
magnates ferebant ante vultum quando ibant in conspectum imperatoris; vel quando aderant in relligiosis caeremoniis.

i 某. talis. venerationis causâ non dicit nomen imperatoris. meou idem significat quod
meou
Hispanice fulano.

K 告太王。王季。文王。 nulla afferri potest ratio cur Tcheou kung hic nullam faciat
kao tay ouang. ouang ki. ouen ouang.
mentionem de 后稷 Dynastiae Tcheou fundatore, nisi forte quia Tay ouang fuit Ius qui
heou tsi
circa annum ante Ch. 1327 dederit principatui suo titulum ac nomen Tcheou, qui se gesserit ut regem ac regis debita obsequia exegerit; qui aedificaverit urbes, palatia, constituerit magnates H ante illum qui ex Heou tsi descendebant principes, parum authoritatis ac splendoris habebant.

l. 予仁若考 illa comitis Tcheou kung originalis idea quâ contendit se spirituum
yu jin jo kao
servitio magis aptum esse quam principem vou ouang, probat quanto cum affectu amaverit

Principem vou ouang, adeo ut optaverit propriae suae vitae pretio vitam Principis redimere.

m. 帝 庭 Domini aula. Ty juxta interpretes est Supremus Caeli Dominus. Ty ting, vel est
ty ting
Caelum, vel erat fortasse templum colendo Caeli Supremo Domino destinatum.

n. 管 叔 nomine 鮮 Principis vou ouang frater natu minor et comitis Tcheou kung
koan chou sien
frater natu major... vide infrà caput Tsay Tchung tchi ming et etiam (633, f.)

o. 羣 弟 scilicet 蔡 叔 度。霍 叔 處 comitis Tcheou kung natu minores.
kun ty tsay chou tou, ho chou tchou

p. 鴟 鴞 illa elegia quam refert liber Chi king, parabola est desumpta ex ave dicta Tchi
tchi hiao
hiao. in 1° capite avis illa destruens nidum cum parvulis suis, repraesentat regni in regulum vou keng unâ cum tribus fratribus koan chou, Tsay chou, Ho chou, inferentes damnum familiae regiae ex quâ tres illi fratres erant oriundi. in 2° capite avis Tchi hiao quae ante pluviam sibi praeparat locum quo pluviam declinare possit, repraesentat Tcheou kung praemunientem se contra calamitates quae sibi imminent. in 3° capite avis Tchi hiao rostro et unguibus indesinenter allaborans pullis alendis ac tuendis, repraesentat Tcheou kung improbo labore se totum impendentem pro regiâ familiâ. in 4° capite avis Tchi hiao, quamvis impenderit vires omnes in construendo nido, nihilominùs a ventis et pluviâ impetitur, repraesentat Tcheou kung qui quamvis vires omnes exhauserit in obsequio regiae familiae, nihilominus impetitur calumniis.

q. 出 郊 vox kiao significat tùm templum vel sacrificium colendo Caeli Supremo Domino
tchou kiao
destinatum, tùm etiam imperii fines. aliqui interpretes dicunt Principem exivisse e regni finibus ad obviandum comiti Tcheou kung, alii dicunt Principem exivisse extra templi januam.

Caput 7um

大 誥

Ta Kao

Magna admonitio.

Vou ouang debellato Chang ouang Cheou, illiûs filium 武 庚 creavit regulum regni sui
vou keng
aviti 殷 : sed timens ne vou keng cogitaret de ulciscendâ patris sui clade, ideo tres fratres suos
in.

Koan chou, ho chou, Tsay chou, commisit ut adjuvarent Vou Keng in regulatis sui regiminis curam susciperent parentandi Dynastiæ Chang fundatori Tching Tang. Tres illi fratres reguli Vou Keng administri vocabantur 三監 San Kien, aliqui contendunt regnum yn divisum fuisse in tres partes, quarum uni duntaxat præerat Vou Keng. quidquid sit, cum propter falsos rumores quos sparserant illi San Kien, aufugisset Tchou Kung; quando Princeps cognitâ comitis innocentiâ, illum revocavit; timuerunt sibi tres fratres, et unâ cum Vou Keng et cum regni 淮夷 Hoay y populis rebellionem moliti sunt. Tchou Kung imperatoris jussu duxit copias ad orientales partes, ut rebelles subjicerent. Sed cum aliqui contenderent non oravere hostiliter agere cum regno yn; Tchou Kung motivorum quibus innitebatur Princeps arma induendi, in toto imperio promulgavit apologeticum quod vocant Ta Kao magnam admonitionem.

Tching ouang exponit quantam adhibuerit diligentiam ut cerior fieret de Cæli voluntate.

489. hæc sunt Principis verba, quibus suspirans ac ingemiscens admonet vos regnorum singulorum Dominos et vos quibus negotiorum cura commissa est magnates. jam Cælum nostri non miseresit. familiam nostram affligit calamitatibus ne minimo quidem temporis intervallo interruptis. persuasum mihi est quod cum ego juvenis ac in agrido adhuc imperitus, successione non interruptâ adierim magnam hæreditatem quinhaplias 月 Ke, id est imperii, nondum pertigerim ad illam sagacitatem quæ requireretur ad procurandam populis pacem et tranquillitatem. Si porro adeo ignarus sim in humanis negotiis gerendis, a sortiri quomodo penetrare ac penitus introspicere valerem humanæ cognitioni impervia Cæli decreta.

non potest non punire Vou Kang.

490. ideo ego homuncio indesinenter in adimplendis obligationibus meis pavens ac tremens, non secus ac si mihi trajiciendus esset profundus aquæ gurges; in hoc ego omnem diligentiam adhibeo ut eam consultaturus de modo quo possim bonum regimen instituere, promovere imperii decus, et efficere ut efflorescat quod a Cælo majores nostri excepere thronum. porro si ego arma sumam, nihil in hoc censendus sum oblivioni ac tenebris tradere magna illa quæ sibi pepererunt merita. reus est Vou Keng: non

ausim ego irritam facere severitatem quam Cælum vult in illum exercere. non possum in illum non animadvertere.

vou ouang præ dixerat illas turbas.

491. imperii pacificator vou ouang reliquit nobis pretiosum thesaurum in oraculis Cæli quæ testudo pronuntiavit. oraculum porrò inquit, in occidentali terrâ magnas fore calamitates. jam vero effectus respondet prophetiæ. Occidentalis terræ populi non sunt pacati, nebulones undique omnia turbant.

populus yn vellet revivis cere et Dynastiam tchou annihilare.

492 populus yn quamvis numero paucus, immani audaciâ tentat renovare successionem quæ ipsius excidio interrupta est. regnum yn scit equidem se esse odiosum Cælo et ideò severè a Cælo tractari: sed scit etiam regnum nostrum infici aliquot nævis, agitari turbis et populos nostros non esse pacatos: ideò inquit se velle reviviscere ac antiquum splendorem resumere, et e contra regnum nostrum tcheou debilitare et in pristinam ignobilitatem restituere

sortes promittunt omnia prospera in bello contra yn

493. hodie regnum yn seditiosum est: cras erunt ex populo meo decem generosi heroes qui adjuvabunt me ad pacificandum illud ac perficienda quæ vou ouang meditatus erat præclara facinora. pro illo magno negotio omina mihi sunt propitia, sortes quas ego dusci nihil nisi prospera respondent.

proindeque arma sumenda sunt

494. ideo vos vicinorum regnorum amici mei principes, vos magistratuum primarii, uno verbo vos præfecti quicumque negotiorum curam geritis, admoneo me fausta omina accepisse. igitur regnorum vestrorum viribus adjutus, regnum yn volo debellare et rebelles subditos extinguere.

præfecti sentiunt non adhærendum ominibus, sed probatæ experientiæ viris

495. jam vero vos regnorum quorumlibet Domini, et vos qui negotia geritis quicumque præfecti, nullus est ex vobis qui non indesinenter repetat magnam esse in bello contra yn gerendo difficultatem, quia quod populus non fruatur pace ac tranquillitate, hoc totum oritur ex ipsamet principis domo et regni magnatum familiis (scilicet ex tribus fratribus inter se dissidentibus. additis adhuc quoscumque senes ac probatæ experientiæ

viros sentire mihi homuncioni non esse pugnandum ac dicere, quomodo Princeps caecis sortibus obsequitur.? quare potiùs non obsequitur prudentum consiliis.

Tching ouang quia legatus est a Caelo, ideo est certus de bono successu.

496. et vero ego quamquam junior adhuc, indesinenter illas difficultates recogitans, non possum quin ingemiscam. eheu! non ignoro quantâ commiseratione digni sint pupilli et viduae quos opprimunt illi nebulones. ego a Caelo legationem accepi: Caelum commisit mihi ut illas difficultates penitùs in memet ipsum transferrem: adeoque ego juvenis, non debeo de negotii gerendi difficultate tristari. vos vero regnorum quorum libet Principes, vos magistratus, tum superiores, tum inferiores quotquot negotia geritis; vos inquam decent consolari me et cavere ne vos opponendo consiliis meis me molestetis: non possum enim non perficere illud quod avus meus meditatus est magnum opus

vou ouang obsecutus est auguriis: a fortiori nunc illis est obsequendum

497 praeterea ego homuncio quomodo auderem supremi Domini mandata violare? pacificator Princeps noster vou ouang a Caelo specialiter dilectus et adjutus, nostri parvi regni Tcheou decus inchoavit. porro pacificator Princeps adhibuit sortes et juxta oraculorum quae consulebat responsa imperium sibi assecuravit. nunc vero cum Caelum visibiliter protegat populos, a fortiori sortes adhibendae sunt ac illis est obsequendum. O quam verendum et obsequio dignum est Caeli mandatum! maximè cum promittat auxilium ad insigniter obfirmanda imperii fundamenta; proindeque non possum illi non obsequi

debet consummare opus quod incepit vou ouang et succurrere populorum miseriis.

498 pergit Princeps. vos venerandi senes qui sub Principe vou ouang tam bene meriti fuistis, potestis remota illa tempora vobis in memoriam revocare. vos scitis ac testes fuistis quot ille perpessus fuerit labores. nunc Caelum affligit nos ac premit angustiis quae dant nobis bene merendi locum. quomodo ergo auderem praeclara quae pacificus Princeps suscepit facinora non perficere et ad summum perducere? ideo ego enitor amicorum nobis regnorum Principes penitùs immutare, depellendo vanum qui illos subegit timorem, ac illos inducere ad arma sumenda. jam vero mihi sunt haud dubia Caelestis auxilii promissa: et aliundè si ad populum oculos conjiciam, quod majores nostri susceperunt praeclarum opus, quomodo

felici successu non absolverem. Cælum indesinenter calamitatibus opprimit populum nostrum. populus noster ægroto similis est: quantocius ergo illi succurrendum. quo pacto auderem tardare ac non adimplere quæ majores nostri pacificatores exceperunt populis succurrendi propitia decreta.

...lialis pietas ...ligat illum ...nuare patris ...nera.

499. pergit Princeps. non ignoro quantos labores impertit belli contra Vou keng gerendi negotium: nihilominus filialis pietas illos labores me recusare non patitur. v.g. pater aliquis domum ædificaturus, jam illius typum et exemplar excavaverit ac determinaverit: si ejus filii nolint fundamenta domûs jacere vel continuare: quomodo domus ædificabitur. si pater agrorum suorum terras jam inverterit, sed ejus filii nolint semina spargere, quomodo messis colligetur? talium filiorum providus ac prudens pater poterit-ne dicere, posteri quos habeo non cessant opus cujus fundamenta jeci, nec irritos faciunt quos suscepi labores. jam vero ego quo pacto auderem non me totum impendere ad conservationem magni quod Princeps pacificator in familiâ nostrâ fundavit imperii.

...pulis incumbit ...ligatio illum ...juvandi.

500. porrò si præclarum quod vou ouang incepit opus continuandi mihi onus incumbat; vobis incumbit onus me adjuvandi: secus, idem esset ac si v.g. patris alicujus vel fratris natu majoris filios vexaret aliquis hostis et populi qui ab illis accipiunt alimenta non adjuvarent illos, sed contrà ea hortarentur ne vindictam sumere cogitent.

...ma: modum ...mpore vou ...uang non de... ...ciorum jung ...m ac ver... ...ita et nunc ...debent de... ...tare.

501. pergit Princeps. quantacumque appareat difficultas in expeditione contra Vou keng, nihilominus, o vos variorum regnorum Principes, vosque quibus negotiorum cura commissa est magnates, bono animo estote. regnum Principis vou ouang totam suam gloriam hausit ex viris sagacitate suâ conspicuis, sciebat ex decem illis viris qui apprime sciebant decretum quod tulerat Chang ty de puniendâ Dynastiâ yn, et certum cæli auxilium pro executione hujus negotii. hoc temporis nullus vestrum aut potius majorum vestrorum ausus est a legibus quas imponebat vou ouang vel tantillum desciscere et pugnam detrectare. a fortiori nunc cum cælum calamitatibus opprimat regnum Tcheou, et qui calamitates

illas causent sint homines maxime propinqui, qui sese suamque familiam mutuò impetunt ac dilaniant: obsequendum est Cælo volenti ut illæ calamitates arceantur.

quod Cælum tulit decretum de extirpandis regni in rebellibus, tam spectat ad subditos quam ad Principem.

502 ego indesinenter intrà memet ipsum recogitans inquio. Cælum vult radicitùs extirpare regnum in, non secus ac agricola sylvestres herbas. quomodo ego auderem agris meis culturam non adhibere et ex illis, regni yn rebelles tamquam Zizaniam non evellere. jam vero quemadmodùm olim veneranda Cæli decreta non spectaverunt duntaxat Principem, sed unâ cum illo majores vestros pacificatores: ita et nunc Cæli decretis vos una mecum debetis obsequi.

non suscipit illud negotium duntaxat quia sortes suadent, sed quia suadet majorum exemplum.

503. ego certè nollem cæco modo sortibus adhærere et consiliis vestris repugnare: volo imitari majores nostros pacificatores qui terrarum nostrarum limites assignaverunt et assecurati sunt. quanto magis cum sortes omnino faveant mihi, et suadeant quod suadet majorum exemplum. ideo ego totis viribus adhortor vos ad bellum orientale suscipiendum. Cæli voluntas adeo manifesta, tùm sortibus, tùm suâ majorum nostrorum agendi rationi conformitate, est infallibilis, nec potest nos in errorem inducere.

a. 寧王. 寧人. pacificator Princeps, pacificatores homines. hîc designantur tum vou ouang, tum vou ouang magnates.
ning ouang. ning jin

Scholium. notandum in toto superiori capite Magnates non multùm fidisse auguriis quæ eruebantur ex testudine: contendunt potius fidendum esse sapientum consiliis. Princeps vero contendit innitendum esse majorum exemplis quorum agendi ratio confirmatur oraculorum responsis

Caput 8um

微子之命

oei tse tchi ming.

inauguratio Reguli Oei tse.

Tching ouang debellato vou tseng, dedit Principi oei tse regulatum 宋 et commisit illi curam Cæremoniarum in honorem defunctorum familiæ Tching Tang. hic referuntur verba Principis Tching ouang conferentis dignitatem illi Oei tse
Sung.

Tching ouang loquitur ori tse virtutem et humilitatem illi suam parentan Dynastiae qui majorius.

604. Princeps ita alloquitur Ori tse. O regni in a Principis filii natu major, siquidem tu antiquitatis Scrutator, in pretio habes majorum tuorum virtutes et illorum sapientiam in te exprimis, tibi committo munus propagandi praedecessorum familiae tuae regum memoriam, et invigilandi ut efflorescant et conserventur tum Caeremoniae quas illi instituerant, tum res quibus illi utebantur, quales erant illorum vestes, insignia 2C. tu igitur sis apud me quasi hospes, non vero quasi subditus, siquidem oriundus es ex regiâ familiâ. faveat ut tibi et regno succedat felicitas omnimoda, aeterna et absque limitibus.

Laudat ori tse quod imitetur patrui Tching Tang virtutes.

605. proh quam perfecta, quam ornata, quam ampla, quam profunda fuit avi tui Tching Tang virtus! a Supremo Coeli Domino praedilectus et adjutus, magnam ab illo legationem accepit et in locum familiae Xia ad solium evectus, populos benignitate fovit; sustulit mores pravos quibus inficiebantur, et Tyrannidem sub quâ gemebant oppressi. toto vitae suae cursu de imperio bene meritus, virtutes suas tibi nepoti suo adhuc propagavit.

Ori tse virtus effert ut illius beneficia accepta Supremo Domino.

606. tu illius vestigiis insistens, illius virtutem excolis. jam diu volat fama tua in omnibus attentionis ac circumspectionis, tua erga parentes pietatis, tua erga Spiritus et homines religionis ac reverentiae. tibi de hisce virtutibus gratulor ac spondere auim te posse majores tuos tuâ virtute assequi, et ita ut eorum recordari. Supremus Coeli Dominus non potest non accepta habere quae illi offeres sacrificia. inter populos fovebis pacem et concordiam: ideo volo ut te et committo tibi munus 上 汤 c chang tang ut regas orientale regnum, scilicet regnum 宋 b Sung

Hortatur ori tse quam zelo adimpleat munus suum.

607. adimplendo muneri tuo religiose incumbes. eos propagabunt exemplia tua documenta. dignitatis tuae vestes et insignia revereris. nihil agas nisi quod recta rationi et legibus conforme sit. regiae ex quâ ortus es familiae decus conserves ac promoveas; quae illustris avus tuus sibi comparavit merita resuscites; educes quibus tibi commissus est populum; aeternâ et inconcussâ pace fruans in dignitate quam occupas. nec ut eum imperii Dominum in regimine adjuva; virtus tua propagetur nepotibus tuis remotissimis

sis in exemplar omnibus aliorum regnorum Dynastis, et efficies ut me Dynastiæ Tcheou principem non tædeat imperii habenas moderari.

b08. eas itaque, et bene te geras. imprimis cave ne munus quod tibi committo adimpleas negligenter.

a 殷王元子 in ouang yuen tse principis Dynastiæ yn primogenitus filius. Scilicet ut vidimus suprà (377,c) 微子 oei tse erat primogenitus imperatoris 帝乙 ty y filius et frater natu major imperatoris 紂 tcheou. oei erat nomen regulatûs sibi ubi nunc est 微子城 oei tse tcheng in districtu 東昌府聊城縣 tung tchang fou liao tcheng hien in 山東 chan tung.

b 宋 sung pars antiqui regni 殷 in cujus aula erat ubi nunc est 歸德府商邱縣 kouei te fou chang kieou hien in 河南 ho nan Tso tchouen ad annum 3tum in kung principis Lou, supponit principes regni sung oriundos esse ex familiâ yn, et ad annum 2um ouen kung principis Lou, supponit principes regni sung oriundos esse ex Dynastiæ Chang principe Ty y. Confucius ait regni sung tunc temporis adhuc subsistentis principes oriundos esse ex Tcheng Tang Dynastiæ yn fundatore. regni illius principibus utpote ex regiâ familiâ oriundis concessa fuerunt magna privilegia: sacrificabant enim supremo Domino chang ty cum ceremoniis a solo imperatore adhibitis, habuerunt calendarium sibi speciale.

c 上公 chang kung dignitas illa in imperio erat post imperatorem prima

d 東夏 tung hia Orientale hia. alias sinæ vocabantur hia. hic indicatur regnum sung orientale respectu aulæ principis Tching ouang

Caput 9um.

康誥

Kang Kao

Monita ad Principem Kang Chou.

Kang Kao sunt monita quæ vou ouang dat fratri suo natu minori 康叔 Kang chou quando constituit illum regni 衛 oei regulum sub titulo 侯 heou

b09 Princeps vou ouang inquit o juvenis 封 fung. regulorum caput, frater mi natu minor.

b10 O quam excelsa fuit avi nostri ouen ouang virtus! quam fuit circumspectus in punis infligen

quomodo ouen ouang jecerit imperii fundamenta.

511. amore complectebatur singulos: absit ut viduos et viduas parvipenderet. qui erant evehendi, illos evehebat. qui virtute suâ se veneratione dignos praestabant, illos reverebatur. non animadvertebat suppliciis nisi in eos qui erant animadversione digni. virtutes illae populis manifestatae, fuerunt quasi prima nostri hujusce magni imperii fundamenta. primum uni vel duobus, id est aliquot vicinis regnis legem dedit. deinde regionis hujus nostrae Occidentalis incolae illius opem confidenter implorarunt. Supremus Dominus novit illum et beneficiis illum cumulavit. ouen ouang absolutum a Caelo mandatum accepit funditus delendi florentissimam anteà Dynastiam in et magnum illius imperium suscipiendi, et statim inter imperii varia regna variosque populos floruerunt ordo et regimen. ego tuus modicae virtutis frater natu major, vires etiam exerui et opus quod susceperat ouen ouang ego continuavi: ideò tu, juvenis fung, Occidentalem hancce terram habitas. meis meique patris laboribus et meritis, familiae tuae ad solium evectionem et decus debes.

[illegible] tiang [illegible] ut imite [illegible] ouen ouang [illegible] alios antiqui [illegible] sapientes.

512. Princeps suspirans pergit. quae porrò de ouen ouang tibi laudo, haec tu O fung etiam atque etiam in temet ipso recogita. in regimine populi quem tibi committo, religiosè insistas vestigiis illustris Patris nostri ouen Ouang. quae tu ex ipsius ore saepius audivisti praeclara virtutum documenta propages aliis et ipsemet induas et ad praxim reducas. ex vicinis nostro tempori Principibus ascendas ad remotiores, inquiras passim ab antiquis regni yn sapientiâ suâ insignibus Principibus, quibus illi usi sunt mediis ad fovendum et gubernandum populos suos. in memoriam revoca remotos a nostris temporibus Dynastiae Chang integritate suâ conspicuos senes: recogitando illos, ab illis edisces recte regendi methodum. inquiras adhuc ab illis de quibus audivisti saepius, qui in remotâ antiquitate sapientiâ floruerunt Principibus, quomodo illi populos in pace ac tranquillitate conservare potuerunt. tum antiqua, tum recentiora virtutum exempla ita conjungendo, abundabit in te Caeleste lumen: si porro Caeleste lumen et virtutes in te abundaverint, optimi Principis adimplebis partes, nec deperdes regiam quae tibi a Caelo commissa est dignitatem

instillat illi populorum amorem.

513. pergit Princeps fratri suo amorem erga populos instillare. O parvule fung, populorum calamitates tibi sint idem quod corpori tuo morbus et dolor. curam igitur omnem adhibeas in illis calamitatibus abigendis. verendum est Cœlum: sed probos ac sinceros protegit. populorum indoles magnâ ex parte potest dignosci: nihilominùs plebeculam ut potè inconstantem continere difficile est. eas igitur ac toto corde vires exceras. ne permittas te otiosæ quieti. ne sectaris oblectamenta et voluptates, et ita bonum regimen instituas in populo tibi commisso. audivi proverbium quod ita ait: populorum querelæ non pendent a negotiorum gravitate vel levitate: duntaxat pendent ab eorum cum ratione conformitate vel non conformitate, a Principis vigilantiâ vel segnitie.

hortatur ut bene regat populos sibi commissos et adjuvet imperatorem.

514. Præterea O filiole mi! munus tuum in eo consistit ut Principis dignitatem tuearis ac promoveas; ut populo yn præbeas te acceptum illumque protegas. debes etiam adjuvare imperatorem ut sibi commissum a Cœlo imperium conservet ac renovet populos.

culpa voluntaria punienda est. culpa ex inadvertentiâ condonanda.

515. de pœnis decernendis ita Princeps exclamans inquit: O fung cum relligiosâ discretione adhibeas supplicia. qui levis culpæ reus est; si non ex inadvertentiâ, sed e contrà de proposito ac sine animo resipiscendi egerit aliquid contra leges; cum sciens ac volens deliquerit, quamquam illiùs delictum non sit magnum, nihilominùs non potest non plecti suppliciis. qui verò magnæ culpæ reus est; si non sit in illâ pertinax, vel si infelici casu, non verò de proposito illam admiserit: quandò resipiscet ac veniam de suo peccato petet; tunc certè non decebit illum gravibus suppliciis punire.

Supplicia adhibentur quasi remedia

516. Princeps suspirans pergit. O fung! si in suppliciis decernendis observes modum. si clarè appareat te non adhibere supplicia, nisi duntaxat ad populos in officio continendos et inducendos ut æmulatione mutuâ sese provocent ad obsequium. si populos habeas tamquam ægrotos et supplicia adhibeas tamquam remedia quorum usu populi pravas consuetudines abdicent. si tuearis ac foveas populum non secus ac lactentem adhuc infantulum: tunc populi suppliciis non exacerbabuntur, sed in pace et ordine continebuntur.

Capitalia non sunt privato arbitrio sed ex legis exigenda.

517. Iniquum non est, O Fung, homines punire, homines occidere: iniquum est duntaxat exequi Coeli voluntatem. ne igitur in dubio et contra aequitatem homines punias, homines occidas: iterum dico, si aliquibus amputandi sint nasus et aures, ne in dubio nasus et aures amputa, sed quatenus leges et voluntas Principis illud praescribent.

Quique leges ignorare yn observandae.

518. igitur, inquit Princeps, in negotiis quae feres (scilicet in regulatu ad quem vadis) occurrent terminandis, legum rationem habeas: porro non opus est ullas de novo sancire; sufficit si invigiles ut 有司 yeou sse observent illas quae sub Dynastia yn sancitae sunt poenarum infligendarum leges.

Omnis prestantiam delinquentem quae sunt adhibendae.

519. praeterea, inquit, in capitalibus causis in quibus agitur de hominum vita, ne inconsiderate sententiam feras: sed attente cogites ac discutias quinque vel sex diebus, et si tempus illud non sufficit, decem diebus, immo et tribus mensibus. ita porro maturè considerato ac discusso negotio, ultimam ac absolutam sententiam feras de crimine capitali.

Ne factum quamquam leges deprehenderit.

520. pergit Princeps. cum igitur promulgabis leges quae in hujusmodi negotiis crimine observandae, observabis quae de supplicis infligendis statuta sunt sub Dynastia yn. justa aequitatem quam illae praescribunt punias, et mactes. Caveas O Fung ne caecis animi motibus abripiaris. jam verò quantumvis enitenis agere justa rationem temporis et ordinem: jactantiam tamen devita, et quamquam alii dicant te justa ordinem agere, tu nihilominus dicas te vix in illo negotio adimplevisse quod adimplere debebas.

Quae justa moderatio sibi in [illegible] innatam.

521. praeterea quamvis junior sis, nihilominus neminem novi cujus cor tam excelsum, tam integrum, comparari possit cum tuo. tu vero noscis certè quo affectus sim animo, quibus praeditus sim dotibus: igitur geras te justa innatam utrique nostro coni commiseratione.

Latrones qui [illegible] odioni sunt, Principi [illegible] etiam [illegible].

522. quicumque inter populum de proposito scelus admisit, latro, grassator, fraudulentus, deceptor, homicida aut homicidii particeps, bonorum alienorum captor; cum illi omnes in scelere obfirmati ac audaces, ne morbis quidem nostis emendari se possint: certe non possunt non esse tibi execrandi ac detestandi.

Severe puniat illos qui naturae fundamentales leges non observant.

523. pergit Princeps. O fung, si illi primi ordinis scelerati summe execrandi sunt; quantò magis adhuc, qui neque pietatem filialem, neque leges amicitiae servant. filius qui patri suo obsequium non relligiosè praestat; patris sui cordi profundum sanè vulnus infligit. pater qui filium non amat, immo qui illum prosequitur odio; filius natu minor qui non reflectit in illam quae omnibus hominibus manifestata est Caeli legem, nec vult natu majorem honore prosequi. natu major qui non recogitat parentum in filiis educandis labores, et maximè deest amicitiae ergà natu minorem: omnes illi naturae leges pervertunt. si nos quibus regendorum hominum cura commissa est, illorum peccati poenas non exposcamus: ergò quas Caelum populis nostris assignavit leges, impunè violabuntur ac pessumdabuntur. dico ergò ut juxtà poenas quas sancivit noster Princeps ouen ouang, quantociùs absquè misericordiâ illos punias.

in eos qui aliis praesunt, si peccent, severius adhuc animadvertatur quam in alios.

524. in eos qui non obtemperant severa feratur sententia: a fortiori Magistratus quales 外庶子 quorum officium est edocere alios. item aliorum Magistratuum praeses et illi omnes magistratus inferiores qui pro dignitatis suae symbolo gestant signum 符節 si omnes illi propagent ac disseminent aliqua a legibus et voluntate Principis aliena, ut sibi comparent magnam inter populos existimationem. si inconsiderati neque recogitent neque adimpleant praescriptas dignitatis suae leges, et ita Principem suum affligent; malorumque multorum sint occasio et incitamentum: tales ego execror: sed hoc ne sufficit? tu sanè juxtà aequas Dynastiae yn leges quantociùs illos suppliciis affice.

ouay chou tse

fou tsie

princeps debet suo exemplo subditis praeesse.

525. Siquidem in regno tuo Princeps es et Caeterorum caput, debes adhuc esse caeterorum exemplar et norma. si non possis regere eos qui sunt in tuâ familiâ, vel inferiores magistratus vel eos qui foras praesunt aliis; si non respires nisi severitatem nisi tyrannidem: tunc undiquè violabuntur Principis mandata: scilicet regimen tuum virtute non dirigitur.

imitetur ouen ouang.

526. caveas ne desis obsequio et reverentiae erga leges. illis utere ad populos ad

bonam frugem reducendos. indesinenter cogites quam relligiosè ouen ouang sibi attenderit, ac populos ad virtutem deduxerit et dicas volo idem etiam assequi. hoc sanè ego homuncio habebo gratissimum.

nunc facilius est dirigere populos quam erat sub Dynastia yn.

527. pergit Princeps. O fung, impendas te totum in edocendo populo et illum ad pacem et felicitatem deducendo. vellem ego te imitari virtutes quibus usi sunt sagacitate suâ conspicui Dynastiae yn antiqui Principes, ad regendos in pace populos ac efficiendum ut quisque partes suas adimpleat: si enim tunc temporis dociles fuerint, a fortiori nunc si populum bene dirigere satagas, nulla erit ad bonum directio quam illi non amplectantur: si verò populos nec edoces nec dirigis, sane nullum erit in regno tuo regimen

Princeps sibi adscribit culpam quod regimen nondum floreat.

528. pergit Princeps. O fung, non deceret me non inspicere illum qui viguit sub sapientibus antiquitatis Principibus bene regendi modum: ideo moneo te ne supplicia adhibeas quin unà exerceas virtutes de quibus tibi mentionem feci. nunc populus yn non est pacatus neque tranquillus. nondùm illius cor est sedatum. repetitis pluries imbutus documentis, nundùm tamen unitis animis ad bonum gubernium concurrere satagit. mihi persuasum est hoc esse poenam quâ Caelum me plectit: absit tamen ut ego conquerar. culpae enim etiam ordinariae et non graves, non recidunt in magnos, non recidunt in multitudinem: adscribuntur illi qui gubernii habenas gerit. quantò magis illud dicendum erit de culpis iis quarum gravitas manifesta clamat ad Caelum, quales sunt defectus pietatis erga parentes, charitatis ergà alios, et caeterae ejus modi culpae quae inter populos scaturiunt

Hortatur Kang ou ad Zelum et vigilantiam.

529. pergit Princeps suspirans. quantùm igitur, O fung, tibi invigilandum est! cave ne populorum querelas excites, ne agas aliquid absque maturâ deliberatione, vel quod rationi aut legibus sit oppositum. quod verum deprehenderis, in illo haereas. qui in antiquitate virtutem ardentiùs excoluerunt, hos maximè tibi imitandos proponas. tuum animum obfirmes, virtutem ambitiosè consecteris. cogitata tua extendantur in remotum.

populis pacem ac tranquillitatem conciliando, tuae ipsius mel pacis ac tranquillitati consulas. Si ita te gesseris, nullam tibi culpae inuranae labem, sed e contrà quantum potero te protegam.

hortatur ut ne ova ut inciderit in culpam propter quam mereatur privari regno.

530. eheu! exclamat adhuc Princeps, parvule Fung, dignitates quae a Cielo conferuntur non sunt immutabiles. hoc etiam atque etiam recogita. igitur ita te gera ut non cogar privare te eo quo potiris regno. authoritatis quam tibi commisi obligationes clarè cognoscas. quae a me audivisti habeas in magno pretio et illis utere ad regendos in pace populos tuos.

531. igitur, inquit Princeps, eas, Fung, manus tuam suscepturus. ne desis illi quae legibus debetur reverentia. observes ea die quibus te admonui, et ita postrìs tuis regni qui populos conservabis.

a. in collectione dictâ 十三經 Dynastiae prioris 漢 interpres 孔安國 et Dynastiae 唐 interpres 孔穎達 aiunt in presenti capite Kang Kao agi de imperatore 成王 et 周公 illius nomine loqui. je Kiang vero, Tchang Ko lao et alii recentiores contendunt imperatorem de quo agitur esse 武王 qui alloquitur fratrem suum minorem 康叔 nomine 封, quem debellatis regni 殷 tribus rebellibus, constituit regulum regulatus 衛。

et vero Kang chou sive Fung erat Principis Vou ouang frater natu minor, proindeque Principis Tching ouang avunculus. porro Tching ouang quamvis imperator, certè non cursus fuisset avunculum suum compellare 弟 fratrem natu minorem, at compellat pluries in capite presenti Kang Kao. nec juvat dicere quemadmodum Che San King, non esse Tching ouang qui loquitur; sed Tcheou Kung nomine imperatoris loqui: Tcheou Kung enim loquendo imperatoris nomine debuisset loqui eo qui deceba imperatorem modo; proindeque tutius est adhaerere recentioribus.

b. juxta annales Tung kien Kang mou, incertum est quanto tempore vixerit Vou ouang. alii contendunt illum vixisse 93 annos. alii dicunt vixisse duntaxat 54: sed omnes fere in eo consentiunt illum post Principis 紂 Tcheou. cladem non vixisse nisi ad summum 7 annos

c 衛 regnum ubi erat antrà regnum 殷. hujus aula erat 沬 ubi nunc est 朝歌故城 ad cl. ord. est 衛輝府淇縣 in 河南. in illo loco mei primò regiam habuit Princeps 武乙

deinde 紂 (tcheou). demum Dynastiæ Tcheou Princeps vou ouang erexit illum in regulatum quem vocavit oei, donavitque fratri suo Kang chou.

d. 甸 (sun) decem dies

e. 時 (chi) tres menses.

Caput 10um

酒誥

Tsieou Kao.

Monita circà vinum.

in regno 衛 (oei) alias dicto 殷 (in) vel 商 (chang) cujus Princeps vou ouang constituerat regulum fratrem suum Kang chou erat plaga dicta 妹 (mei) in quâ olim Dynastiæ Chang imperatores regiam suam constituerant. porrò illiùs terræ magistratus et magnates imperatoris 紂 (tcheou) pravum exemplum secuti, vino et crapulæ indesinenter sese immergebant. vou ouang hortatur Kang chou quem hujus regionis regulum constituerat, ut illos pravos mores emendare ac immutare enitatur.

532. Princeps inquit promulgentur in regno 妹 (mei) [a] hæc magna mandata.

533. omni veneratione dignus meus Pater ouen ouang, cum in occidentali regione posuisset prima imperii nostri fundamenta, singulorum quæ ditioni suæ suberant regnorum singulis tum primariis Magistratibus 士 (che) tum aliis inferioribus qui negotiorum curam gerebant, a mane usque ad vesperam indesinenter dicebat. quando sacrificatur, vinum est adhibendum: postquam enim a populis inventum est vinum, Cælum præscripsit ut adhiberetur duntaxat in magnis sacrificiis.

vinum in primâ ... institutione, ... adhibe... in sacrifi...

534. ira Cæli excardescens, exortæ inter populos nostros magnæ turbæ, virtutis extinctio: nihil est en illis quod a vino non causetur. item regnorum sive parvorum, sive magnorum occasus à vini culpâ ortum ducit.

...um quot ...orum origo.

535. olim ouen ouang ita admonebat regni sui Præfectos juniores. O vos filioli mei, sive quibus aliorum Præfectorum, sive quibus negotiorum cura commissa est, ne sitis vino dediti.

...quando bibetur ...gat pietas, ...ssus non ...timendus.

in singulis quae a me pendent ditionibus, ne bibatur nisi in sacrificiis: tunc enim diriget pietas, proindeque nullum erit ebrietatis periculum.

abstinere a vino licet sit res parva, nihilominus est in magno pretio habenda.

536. dicebat adhuc. populi debent vos ad hoc inducere, ut non ametis nisi res quas terra producit, scilicet populorum alimenta. ita facilè illorum cor diriges ad bonum. patris et avi documentis adeò rationi consentaneis, toto animo vos subjicite. praeterea tum in parvis, tum in magnis rebus, virtutem O filioli mei eodem animo aspicite.

qui multum laborant possunt uti vino.

537. incolae regionis 沫 mei qui non interrupto pedum ac manuum suorum labore se acerrimè impendunt in excolendis terrae frugibus, qui huc et illuc discurrunt ad serviendum parentibus ac dominis, qui perspicaces in suo commercio curribus et bovibus utuntur ad longè vehendas merces, ut inde habere possint quo pietatem filialem in alendis patre et matre exerceant: illi certe patris et matris cor laetitiâ perfundunt, et proindè postquam se mundaverint et ornaverint ut decet in conviviis festivis, tunc poterunt uti vino.

aliae occasiones in quibus licet bibere vinum.

538. vos omnes 士 che qui munus aliquod geritis, vos praefectorum primi et quotquot in aulâ munus obitis Magnates, audiatis quae circa vini usum vobis praecipienda habeo. si vobis animus sit parentes vestros senes multum exhilarandi, aut in honorem Dominorum vestrorum gaudendi: tunc ad satietatem bibite et comedite. quoad majoris momenti occasiones in quibus vini usus licitus est, hoc vobis dico. debetis in vobismet ipsis introspicere, examinare et efficere ut quaecumque agitis sint juxta virtutis medium, sine ullo excessu vel defectu: tunc poteritis vos sursum ad commercium cum spiritibus erigere et cum conviviis sacrificare. in illâ porrò occasione, licebit ad vos de laboribus vestris sublevandos animum vestrum laetitiae tradere: ita vos praestabitis fideles in principis negotiis administrandis subditos. ità summae quae a Caelo ortum ducit virtuti vos conformes efficietis, ac in principis domo (scilicet regno) sine ullâ officiorum vestrorum oblivione, partes vestras in aeternum adimplebitis.

sobrietas in bibendo vino acquisivit et conservabit imperium dynastiae tcheou.

539. pergit princeps ad evincendum non esse parvi momenti a vino abstinere. O fung, qui olim nostrae Occidentalis terrae incolas viribus suis adjuvaverunt, tum varii

regnorum Principes, tum negotiis gerendis praepositi magistratus praesertim juniores, maximè enisi sunt obsequi iis quae praecepserat Tuen cuang, nec sese vino dedere ullatenùs ausi sunt: et hac est causa cur nos in hisce temporibus potuerimus excipere quod à Cielo nobis collatum est regnum yn.

Principes qui tum floruere in Dynastia Chang, voluptates et omnipotentiam vitiam fugerunt.

540. Princeps pergit. O Jang, hac ego audivi. qui olim sapientiâ conspicui exhiberunt regni yn Principes, in omnibus actionibus suis religiosè attendebant; tum ad Cieli manifestam voluntatem quae sine scelere violari non potest; tum ad plebeiam quae difficile potest in officio contineri. virtutem constanter exercentes, perspicaci sagacitate discernebant subditorum suorum merita. ideò a Dynastia fundatore 成湯 usque ad 帝乙 omnes qui solio insederunt; evaserunt perfecti Principes, qui nihilominùs sibi non innitentes, reverebantur suos ministros. ministri autem qui tunc temporis negotia gerebant; religiosâ alacritate adjuvabant illos, nec ausi fuissent sese dedere otio vel voluptatibus: a fortiori an ausi fuissent epulationibus indulgere.

Tching tang — Ty y

omnes praefecti suum suo intra officium non audebant indulgere vino.

541. tum qui foràs praerant; 侯 。甸 。男 衛 。 et alii ditionum Principes, tum qui praerant intrà, quemadmodùm omnes ministri; magistratus primi ordinis dicti 尹, magistratus secundi ordinis dicti 亞, qui negotia gerebant; qui erant in dignitate constituti, ipsimet plebeii homines et qui in pagis morabantur: nullus ex illis omnibus ausus fuisset sese vino ingurgitare, nec tantum non ausus fuisset, sed illi per otium non licuisset. singuli in hoc unum intenti erant; tum ut conaverent ad augendam ac manifestandam Principis virtutem, tum ut Principi ac ministris venerationem et obsequium exhiberent.

hou, tien, nan, oui — yn — ya

Quam cui obedierunt Cheou, nempe Dynastiae Chang rai.

542. hoc etiam adhuc audivi. qui sapientibus illis deinceps successit Princeps, scilicet Cheou, totus fuit crapulae deditus: idò nullum ille inter populos instituere potuit regimen. immò illorum querelas et odium in se commovit absque ullâ ex parte sui immutatione. effrenatè habenas laxans luxuriae et voluptatibus, nullâ aequi et boni ratione habitâ,

et molli otio torpens, majestatem regiam foedavit et quasi sepelivit: quamquam inter populos nullus non esset acerbissimo cordis dolore quasi consumptus, adhuc tamen absque ullâ mensurâ sese vino ingurgitabat, nec ullatenùs illis excessibus finem imponere cogitabat: ipsiûs cor furens et rabidum ne mortem quidem pavebat: habitationes regni Chang tanto flagello afflictæ, libenter vidissent extinctionem familiæ in. deerunt illa sacrificia quæ cum bono virtutis odore quasi condita conscendunt cœlum: et proindè Cœlum non poterat esse propitium. Continuæ populorum querelæ et lurconum sese epotationibus et commessationibus ingurgitantium odor duntaxat Cœlum ascendebant: ideo Cœlum decrevit funditùs evertere regnum yn. jam vero non amando neque protegendo regnum yn continuo voluptatibus consepultum, certè Cœlum non se crudeliter gessit; sed regni yn populi sibi peccatis suis illas calamitates accersiverunt.

ruina Dynastiæ yn a vino causata, est speculum quod debet attente consuli.

543. pergit Princeps. O fung, circa hanc materiam inutile est me tibi plura proponere. antiqui hoc habent proverbium. homo non debet uti aquâ tamquam speculo quo se intueatur: populi debent illi esse speculum. jam vero quod regnum yn privatum fuerit sceptro: hoc debet nobis esse magnum speculum quod consulamus ad aptandum nos hujusce temporis circumstantiis.

enumerat præfectos qui majori adhuc vigilantiâ quam alii debent sibi a vino cavere.

544. hoc itaque tibi maxime commendo, ut vires omnes adhibeas ad absterrendum ab amore vini omnes qui sapientiâ suâ aliis præesse debent regni yn magnates ac regulos 侯 (heou), 甸 (tien), 男 (nan), 衛 (oei), sed a fortiori illos qui magis tibi sunt propinqui, quales 太史 (tay che) et 內史 (nei che) qui majori familiaritate quam alii præfecti tibi sunt conjuncti. item quicumque sunt in aulâ tuâ probos magnates et qui præsunt operibus præfectos. magis adhuc deterrere debes illos quorum ministerio continuo uteris, quales sunt 服休 (fou sieou) qui præpositi sunt edocendis populis, et 服采 (fou tsay) qui præpositi sunt negotiis gerendis. maximè etiam deterrere debes illos qui quasi tecum authoritatem dividunt, quales sunt 圻父 (ki fou), sive 司馬 (sse ma) qui delinquentes puniunt. 農父 (nung fou) sive 司徒 (sse tou) qui legum observationi invigilant. 宏父 (hung fou) sive 司空 (sse kung) quorum est imperii limites assignare: sed quia tu debes exemplo præesse, quanto magis tibi a vino cavendum

Invigilandum ne sint compotorum conventicula.

545. Si quis te admoneat esse compotatorum conventicula, ne compotatores impunitos permittas: sed statim cures illos apprehendi et catenis custos ad regiam deduci: ego certè severas de illis pœnas exigam.

Qui vino erant addicti, primò castigandi sunt.

546. præterea si regni ejus magnates aut officiales pravo Principis Cheou exemplo adhuc infecti et abducti, vino sese ingurgitent, non sunt statim ultimo supplicio addicendi, sed primum admoneris illos, et ita sese forsan emendabunt.

Si non se emendaverint, ultimo supplicio erunt afficiendi.

547. non tantum admoneris illos, sed illis promittas præmia si sese emendaverint. Si porro admonitionibus tuis non gerant morem, ego deponam omnem erga illos commiserationem. quandoquidem illi actiones suas non emendaverint, prænè illos morte mulctandis accersito.

Invigilandum ne ipsi præsunt sint probi.

548. denuum concludit Princeps, hæcce prohibitiones, O fung, nunquam e memoria tua excidant. invigiles ut illi qui dirigunt alios, præeunt illis bono exemplo. Si qui præsunt aliis non sint sceleratissimi: tunc populi effrenatè indulgebunt vino.

a 沬 mei vide supra 衛 oei (609, c)

6. 穆考文王。mo, proprie significat majestatem, venerationem dignam. hic est nomen honorificum quo ouen ouang insignitus est in aulâ colendis majoribus destinatâ. Scilicet ab Tcheou tsi usque ad ouen ouang fuerunt 13 generationes, quarum quæ erant in numero pari vocabantur 穆 mo, quæ in impari, vocabantur 昭 chao, liber 世本 chi pen inquit. 石 穆 tcheou tsi genuit 不 窋 pou tsiue qui post mortem suam in defunctorum aulâ vocatus est 昭 chao. pou tsiue genuit 鞠 陶 kio yao qui post mortem suam vocatus est 穆 mo. kio yao genuit 公 劉 kung liou qui vocatus est chao. kung liou genuit 慶 節 king tsie qui vocatus est mo. king tsie genuit 皇 僕 hoang pou qui vocatus est chao. Hoang pou genuit 差 弗 tchay fou qui vocatus est mo. tchay fou genuit 毀 隃 hoei yu qui vocatus est chao. Hoei yu genuit 公 非 kung fei qui vocatus est mo. kung fei genuit 高 圉 kao yu qui vocatus est chao. kao yu genuit 亞 圉 ya yu qui vocatus est mo. ya yu genuit 組 紺 tsou kan qui vocatus est chao. tsou kan genuit 大王 亶父 tay ouang tan fou qui vocatus est mo. tan fou genuit 季 歷 ki ly qui vocatus est chao. Ki ly genuit 文王 ouen ouang qui vocatus est mo. hic verbi tschun liber Chi pen, præcise quia refert genealogiam Principis ouen ouang: auctores enim inter se non

concordant circa eos qui in aulâ defunctorum insigniebantur nominibus chao et mo.

c 大史 tay che magistratus ille magnâ pollebat authoritate. invigilabat supra illos quibus commissa erat cura rerum ad sex 典 tien pertinentium, scilicet, 治 tchi regiminis, 教 kiao doctrinæ, 禮 ly cæremoniarum, 政 tching gubernii, 刑 hing suppliciorum, 事 che negotiorum.

d. 内史 nei che magistratus qui curabat octo 柄 ping, scilicet dignitates; reditus; depositionem; evectionem; vitæ, mortis præmiorumque distributionem, mulctarum impositionem.

f. 其殺 ki cha. cha proprie significat occidere: sed in pluribus locis libri Chou king, significat examinare sontes, illos damnare et severam ab illis pœnam exigere.

Scholium. vinum de quo agitur in præsenti capite est vinum ex oriza factum. jam vidimus in usu fuisse tempore principis yu. Lou pou ouei dicit inventum fuisse sub illo principe, sed in primâ suâ origine non adhibitum fuisse nisi in sacrificiis. in superiori capite tsieou kao, vou ouang dicit etiam vinum primitus duntaxat destinatum fuisse pro sacrificiis, sed paulatim illius usum concessum fuisse iis qui multum laborabant, ut vires reficerent: approbat etiam illius usum in conviis solemnibus. quoad vinum factum ex uvis, nulla fit illius mentio antè tempora Dynastiæ han prioris: tunc videtur aliquando adhibitum fuisse: sed nunc si adhibeatur in sinis, non nisi rarò et paucis in locis.

Caput II.um

梓材

tse tsay

non consentiunt interpretes circa sensum illarum vocum 梓材 tse tsay. alii dicunt tse esse nomen ligni pretiosi. alii ita inquiunt. facere vasa lignea dicitur 梓 tse. facere vasa ex metallo dicitur 冶 y facere vasa ex argillâ dicitur 陶 tao. sed res est adeò parvi momenti ut non mereatur examen.

quidquid sit duæ illæ voces tse tsay quæ reperiuntur in textu dederunt nomen præsenti capiti in quo continentur adhuc principis vou ouang monita ad kang chou.

ut dynastiæ sibi devincant imperatorem, debent sibi primo devincere populum et magnates.

549. Princeps vou ouang alloquens kang chou, inquit. O fung, ope totius populi et ope magnatum suorum, scilicet illos beneficiis cumulando, penetrare et aditum

habere in magnarum familiarum cor-: ope vero magnarum familiarum et aliorum subditorum penetrare et sibi conciliare cor imperatoris, hoc certè non nisi eximius Dynasta potest.

exponit se in exemplum commiseratio ad quam debet agere Kang Tsu.

550. tu passim ita populos evocas dicens. habent quem imitentur praefecti mei 司徒, Sse tou, 司馬, 司空, 尹旅: Scilicet ille debent me sibi imitandum proponere. porro ego non Sse ma Sse kung gn lu

mache tyrannice homines, proindeque illi debent esse in panis infligendis circumspecti. Sed quia exemplum facilius dirigit Magistratus tuos quam praecepta, tu illorum principes, debes prius religiosè te gerere erga subditos et illorum commiserari. tunc illi (scilicet praefecti) consequenter se religiosè gerent erga alios et illorum commiserebuntur. praterea cum occurrent aliqui intra vel foris scelus committentes, homicidae, alienum diripientes, quorum peccatum excusari possit et condonari: quando viderint quomodo se gerat suus princeps et illis condonet, tunc iis qui laedunt alios vel in corpore vel in divitiis etiam illi condonabunt.

antiqui imperatores praefectis suis, populorum commiseratione non commodabant.

551 propter populum antiqui imperatores constituerunt principes qui regnum administrarent: dicebant illi praefectis, ne invicem aemulemini ad affligendum populum, ne invicem aemulemini ad illum tyrannicè tractandum; sed e contrà vestra commiseratio sese extendat ad viduas. efficacis ut derelicta mulier a filium habeat ad quem confugiat. ex illo charitatis erga aliquot officio, extendite vos et omnes completamini. quando antiqui imperatores constituerunt in dignitate Dynastas et alios qui negotiorum curam gerere debebant: quanam erant suae quas ipsis inhibebant voluntates? Scilicet concurrere ad populorum vitam sustentandam, concurrere ad pacem et felicitatem populis procurandam. porro cum ab antiquis principibus usque ad nos eadem imposita fuerit obligatio illis qui regno incumbere debent; illi certe in gubernio non debent adhibere supplicia nisi coacti, sed potius virtutis stimulo populos dirigere.

tendit ad exemplum perficiendum esse quod Wen wang feliciter incepit.

552 Wou wang pergit hortari Tcang chou ut in regno cujus curam suscepit continuet bonum regimen cujus prima fundamenta jecerat Wen wang. Sit in exemplum qui agros excolit: postquam ille magnam adhibuit curam in evellendis passim agrestibus herbis, necesse est adhuc ut aliquis deinceps describat ac perficiat agrorum confinia et-

canales per quos effluere possit aqua. Sit etiam in exemplum qui domos ac aedes aedificat: postquam ille in muris et parietibus extruendis magnum laborem adhibuerit, debet esse aliquis qui deinceps muros luto liniat ac domui tectum efficiat. Sit adhuc in exemplum qui ex pretioso ligno 梓 村 (tse tsay) vult aliquod opus conficere. postquam ille diligentiam adhibuerit in recidendo superflua, et illud artificiose exculpendo, debet esse adhuc aliquis qui coloribus opus illud illiniat ac depingat.

Notandum. reliqua hujus capitis esse fragmenta quae aliunde desumpta sunt nec habent connectionem cum reliquis. continent monita quae regni Tcheou magnates tradunt haereditario Principi: sic itaque illum alloquuntur.

magnates hortantur Principem ut ad exemplum antiquorum Principum foveat populos quasi propinquos.

553. tu qui nunc es haereditarius Princeps, duntaxat verba facias de iis in quibus praedecessores nostri Principes tam sedulo sese exercuerunt virtutibus. Si subditos tuos quasi tibi propinquos foveas et amore complectaris, tunc quaelibet regna ad obsequium venient non secus ac si essent unius ejusdemque familiae fratres. Si legibus illis quas antiqui Principes tam pie sanciverunt et servaverunt, utatur Princeps ad fovendum inter populos pacem et unanimitatem: nullus erit in quolibet regno qui cum summa veneratione non obsequatur tibi

imperium a Caelo donatum est Dynastiae Tcheou.

554 Supremum Caelum primis nostris Principibus ouen ouang et vou ouang largitum est hujus imperii in medio siti populos, et una simul terras quae illud finiunt

ad imperium conservandum, fovendi sunt populi.

555. igitur Princeps, unice et principaliter incumbas virtuti: perturbatis populis pacem et gaudium concilies. eos qui aliis postponuntur, scilicet orphanos et viduas adjuva et promove, et inde gaudium paries praedecessori Principi cui commissum est imperium.

precatur Principis familiae longos annos in solio.

556. denique, o Princeps, illa quae modo exposita sunt, tibi imitanda suscipias. faxit ut ad consummationem saeculorum Principis filii et nepotes populum sibi devincant: e populis enim pendet imperii salus.

a. 尸 旅 (in lu) yn, inferiorum praefectorum primi. lu, praefecti aliter dicti 大 夫 (tay fou.)

Caput 12um

召誥

Chao Kao

Monita quae Chao Kung dat Principi.

Tso tchouen inquit sub Dynastiâ Hia novem Provinciarum Gubernatores curavisse fundi novem immensae magnitudinis vasa cuprea dicta 九鼎 (Kieou ting) supra quorum unumquodque dicit liber 國策 (Kouo tse) inscriptam fuisse mappam illius Provinciae a cujus Gubernatore fuerat donatum. illa porro vasa asservabantur in aulâ imperiali cujus erant quasi insignia: ita ut quando transmigrabat aula, transferebantur etiam urnae. vou ouang, prostratâ familiâ Chang, intentionem habens transferendi regiam suam in 洛邑 (lo y) illuc transtulit novem vasa, pro quibus transferendis juxtà librum Kouo tse adhibita sunt nonaginta hominum millia: sed vou ouang morte impeditus non potuit opus suum consummare: igitur ejus successor Tching ouang cum solium conscendisset, jussit ut 周公 (tcheou kung) et 召公 (chao kung) novae regiae fundandae opus in se susciperent; quo absoluto, quandò Tcheou kung redivit, Chao kung dedit illi monita quae deferret ad Principem.

Princeps adit majorum suorum manes.

557. Lunâ 2a post plenilunium die 6a 乙未 (y oei) mane Princeps Tching ouang ex 周 (tcheou) scilicet ex regiâ 鎬 (hao) profectus est ad 豐 (fung) ad consulendos majorum suorum manes circa novam habitationem.

Chao Kung ducit sortes quae promittunt omnia prospera pro nova habitatione.

558. 太保 scilicet Chao kung, priusquam Tcheou kung ivit ad explorandum novae habitationis qualitates. profectus est autem 3a Lunâ die 3a 丙午 (ping ou). post tres dies, scilicet die 5a 戊申 (vou chin) manè, Tay pao pervenit ad regionem 洛 (lo) et ibi consuluit sortes circa novam regiam quam volebat ibi aedificare. porro cum sortes prospera omnia pollicerentur, statim dimensus est et descripsit quae ibi fieri debebant habitationes.

Praeparantur loca unicuique destinata.

559. elapsis adhuc tribus diebus, die 庚戌 (keng su) Tay pao jussit populos regni yn qui huc convenerant, suprà ripas fluminis 洛 (lo) praeparare loca unicuique destinata.

justà dimensiones factas. post dies quinque die 甲寅 loca illa absoluta sunt.
kia yn

Tcheou kung sigillatim omnia inspicit.

560. die sequenti 乙卯 manè, Tcheou kung perrexit ad Lo, et sigillatim obivit
y mao
ac circumspexit quæcumque jam determinata fuerant in habitatione novâ.

Tcheou kung sacrificat Domino Cœli et terræ.

561. elapsis tribus diebus, die 丁巳 Tcheou kung pro ceremoniâ 郊 immolavit
ting sse kiao
duos boves. die sequenti 戊午 pro ceremonia 社 in hac nova habitatione immolavit
meou ou che
unum bovem, unum agnum, unum suem.

Tcheou kung promulgat edictum.

562 elapsis septem diebus, die 甲子 Tcheou kung mane, justa catalogum quem
kia tse
fecerat tum rerum, tum hominum, tum temporis novæ habitationi perficiendæ
necessariorum, edictum promulgat omnibus populi yn 侯, 甸, 男, 伯, aliisque Dynastis
heou, tien, nan, pe,

populi yn statim obtemperant.

563. ut primùm omnibus populis yn promulgatum est edictum, statim omnes yn
populi, pro illo exequendo conatus omnes adhibuerunt.

Tay pao committit comiti Tcheou kung Dynastarum munera quæ deferat ad regem una cum aliquot monitis in libello scriptis.

564 novâ Lo yn habitatione absolutâ, convenerunt singuli Dynastæ afferentes sua
pro imperatore munera. Tcheou kung jam jam ad imperatorem rediturus erat: itaque
Tay pao qui tunc cum Tcheou kung colloquebatur, excivit ad sumenda quæ varii
regnorum Dynastæ attulerant serica, et denuò ingressus, illa omnia commisit Tcheou kung
dicens. manibus junctis et capite reverenter inclinato, trado comiti quæ deferat ad regem
monita. populum yn educere ac dirigere illius est qui imperii habenas gerit.

Princeps debet allaborare ut fiat dignus protectione Cœli.

565. pergit chao kung suspirans. eheu! supremi Cœli supremus Dominus abdicavit
primogenitum filium suum cui magni imperii yn thronum contulerat. Dynastiæ
Tcheou princeps thronum illud excepit. equidem infinita felicitas manebit principem
quamdiù Cœli protectione se dignum præstabit. sed etiam infinita manere debet illum
sollicitudo, ne incuriâ suâ iram Cœli in se concitet. eheu! siquidem imperium
amittere adeò facile est, quam religiosâ attentione sibi cavere debet.

Scelera Dynastiæ yn vindictam clamant ad Cœlum.

566. Cœlum Magnæ Dynastiæ yn imperium funditùs abstulit. illius tamen Dynastiæ
plures qui antiquitùs sapientiâ suâ floruerant principes erant in cœlo: sed a posteris

suis calamitates avertere non valuerunt: scilicet qui illis successerunt principes et populi, quamvis facerent idem regnum, non tamen imitati sunt majorum suorum sapientiam. per totum quo isti successores regnaverunt tempus, sapientes occultabantur, non evehebantur ad Magistratus nisi populorum tyranni et oppressores. rudis plebs tot ac tantis malis mederi ignara, sciebat tantum pueros suos complectendo fovere, uxoribus suis illas abducendo consulere et gemitibus ac suspiriis Cælum invocare. fugiebant illi ut ruinam suam averterent: sed vix erant egressi, cum jam erant in prædâ. eheu! tantæ erant populorum miseriæ! itaque Cælum quatuor imperii partium populos tandem commiseratum, ad exequendam misericordiæ et benignitatis quam erga populos exercere volebat decretum, usum est generosis heroibus (ouen ouang, vou ouang). Si igitur princeps velit Cælum sibi propitium conservare, virtutem alacriter et relligiosè excolat.

Dynastiarum hia est in ruinæ causa ... illorum a ... lege defectio.

567. inspiciamus in antiquitate primos Dynastiæ 夏 hia principes. Cælum dirigebat illos et qui illorum vestigiis insisterunt posteros protectione suâ juvit. scilicet illi tunc temporis inquirebant Cæli voluntatem cui deindè fideliter obsequebantur. sed quando a virtute suâ defecerunt, tunc sceptrum etiam ab illis defecit, et ablatum est. nunc vero si inspiciamus Dynastiam yn, Cælum dirigebat illam et adjuvabat in imperii regimine; quandiu scilicet illa Cæli voluntatem inquisivit et adimplevit: sed quia jam defecit ab illo ergà Cælum obsequio, etiam ab illâ sceptrum ablatum est.

Princeps quia juvenis, debet ... senibus.

568. nunc, O princeps, teneris ab annis Throni successor et hæres, ne abjicias a te senes et ætate provectos: callent illi majorum nostrorum virtutes: immo suam illi intelligentiam suaque consilia a Cælo inquirunt et exhauriunt.

Princeps sibi ... plebeculam.

569. O princeps, juvenis es, sed tamen primogenitus Cæli filius. Si consequi possis ut plebeculam in pace contineas, tunc certè felix erit tuum regimen. igitur princeps, ne parvipendat plebeculam, sed cogitet et caveat a periculo quod ab illâ sibi potest imminere.

Debet Cœlum sibi propitium reddere.

570. quando Princeps huc venerit ad gerendas Supremi Domini vices et regendum sibi à Cœlo commissum populum, debet certè in hâcce regiâ in medio terrae sitâ, sibi obsequio devincere populos. ita sentit 王, id est Tcheou kung, quando ait: qui fundat magnam regiam ab hoc incipere debet, ut Cœlum Supremum sibi propitium reddat; et cum omni veneratione tum ergà superiores, tum ergà inferiores spiritus relligionis actus exerceat. ab hoc debet Princeps suum in hâcce mediâ terrâ regimen auspicari. cum imperium jam sit Principi assecuratum, ab hoc pendet imperii in Principis familiâ diuturnitas. ex bono autem populorum regimine pendet Principis felicitas.

ut contineat Praefectos populi yn, debet illos miscere cum praefectis Dynastiae Tcheou

571. ut porro bonum regimen institui possit inter populos, Princeps debet ante omnia sibi devincere Dynastiae yn Praefectos quibus negotiorum cura commissa est: ideo debet efficere ut illi misceantur et commercium habeant cum Dynastiae nostrae Tcheou praefectis quibus negotiorum cura commissa est. ita Dynastiae yn Praefecti depravatae indoli suae frenum imponent: immo de die in diem in virtute proficient.

Princeps in iis quae agit attendat sibi

572 reverentia fiat Principis habitaculum: id est, in iis quaecumque agit Princeps attendat sibi: caveat praecipuè ne virtutem non revereatur.

exemplar sint Dynastiae hia et in quae perierunt quando eorum Principes a virtute defecerunt.

573 nobis speculum et exemplar esse debet Dynastia Hia. item speculum et exemplar esse debet Dynastia yn. auderem ne asserere quomodo Dynastia hia per tot annorum seriem imperium conservaverit: nonne hoc adscribendum est virtuti cui primi illius Dynastiae Principes incumbebant. auderem ne asserere quam ob causam illa subito defecerit: duntaxat quando illa desiit incumbere virtuti, statim imperium suum amisit. item auderem ne asserere quomodo Dynastia yn sibi commissum a Cœlo imperium per tot annorum seriem conservaverit. auderem ne asserere quam ob causam illa subito defecerit: duntaxat quando desiit incumbere virtuti statim illa imperium suum amisit.

Debet succedere virtutibus utriusque Dynastiae cujus throno successit.

574. imperium cujus Princeps nunc est haeres, idem est imperium, quod obtinuit utraque illa Dynastia Hia et Chang. succedas itaque Princeps virtutibus quas illi exercebant

quamdiu floruerunt, et jam ab initiis recens fundatæ regiæ, illas induit et exercet.

Ab initiis omnia pendent. 575. ab initiis omnia pendent: non secus ac si cui nascatur filius, omnia pendent a primis illius annis: ipsemet studio suo sibi promereri potest sapientiæ donum. jam vero Cælum largietur ne sapientiam, largietur ne prosperitatem aut redamitates, largietur ne longam annorum seriem: hoc sanè conjecturâ possumus assequi ex illo quo in primis hisce initiis nos geremus modo.

Virtutis exercitio Princeps promereri debet diuturnum imperium. 576. quando Princeps venerit habitaturus novam hanc regiam, tunc statim unicæ virtuti diligenter incumbat: virtutis exercitio Princeps diuturnum a Cælo precetur imperium.

Moderatus sed infligendis pœnis. 577. quamquam plebecula cupiditatibus obsequatur et agat contra rationem: ne tamen ad illam emendandam sive discretione Princeps adhibeat supplicia et mortem. plus erit Principi gloriosum, si benignitate suâ possit illam ad obsequium revocare.

Exemplar Principis et populorum norma. 578. Si Principis solium in virtute fundetur ac stabilietur, totius imperii plebecula habebit exemplar cui sese conformabit, et inde Principis decus et gloria.

Hortatur ut ad diuturnitatem, ita conservabit thronum. 579. Princeps ac subditi toto animo solliciti dicant concessum nobis a Cælo imperium volumus conservare tam diu quam Dynastia Hia (quæ duravit 400 et amplius annis) immò conabimur attingere diuturnitatem annorum Dynastiæ Yn (quæ duravit 600 et amplius annis). porro opus plebeculæ imperii sui diuturnitatem consequi enitatur Princeps.

Chao Tsung jubet Principem de populis bene sperare. 580 demum Chao Tsung capite et manibus reverenter salutato Principe ita concludit. ego vilis tuus subditus hoc ausim promittere quod tum populus Yn qui fuit olim rebellis, tum quilibet Magistratus, tum fideles Dynastiæ nostræ Tcheou populi sperant omnes ac tremunt tremendam Principis majestatem, illius que eminentes virtutes. si Princeps consequi possit regimen perfectum, effulgebit certe Principis decus. non ausim ego pro idipso votis meis exercere: tantummodo offeram serica quibus utaris, O Princeps, in religionis Ceremoniis, ut possis a Cælo diuturnum imperium precari.

a 洛邑 nunc vocatur 洛陽故城. sita est 20 Ly ad occidentem 河南府洛陽縣 in 河南. ita vocabatur quia alluebatur flumine 洛.
lo y — lo yang kou tching — ho nan fou lo yang — hien — ho nan — lo.

b 二月 Lunâ 2ª. consentiunt omnes hic agi de Lunis juxta Calendarium Dynastiæ Tcheou
eul yue
et de anno septimo a quo Tcheou kung regebat imperium, id est a morte Principis vou ouang, ab epochâ vero Capitis vou Tching anno 13.°

Pan kou, Tung kien kang mou et alii plures historici qui reponunt epocham capitis vou tching ad an: 己卯 ante C. 1122, reponunt epocham præsentis capitis Chao kao ad annum 壬辰 ante C. 1109.
ki mao jin tchen

Sed quemadmodum ut suprà vidimus, deficit Epocha anni 1122, ita etiam deficit Epocha anni 1109. nam juxta caput præsens Chao kao, dies 21 Lunæ 2ª fuit 乙未. dies 3ª Lunæ 3ª fuit 丙午 ꝛc jam
y oei ping ou
vero Lunæ anni 1109 non conveniunt cum Cyclicis Characteribus dierum in capite chao kao assignatorum, quoquo modo numerentur Lunæ.

Bonzius 一行 qui ut vidimus, annum 1ᵐ Principis vou ouang sive annum de quo agitur in
y heng
capite vou tching, reponit ad annum 庚寅 ante Ch. 1111, consequenter epocham capitis chao kao reponit
keng in
ad annum 癸卯 ante C. 1098. porro illius anni Lunæ conveniunt omnino cum diebus cyclicis cap: Chao kao.
kouei mao

anno 癸卯 ante Ch: 1098 solstitium hybernum evenit in Sinis die 壬申 1ª januarii. dies
kouei mao gin chin *
甲戌 januarii 3ª fuit 6 Lunæ 2ª juxta Calendarium Tcheou. dies 己丑 18ª januarii fuit
kia su ki tcheou
plenilunium. dies 24 jan: erat 乙未 sexta post plenilunium, quemadmodum dicit caput chao kao.
y oei
item die 甲辰 2ª februarii fuit 6 3ª Lunæ. dies 丙午 4ª februarii erat 3ª Lunæ dies 3ª. cætera
kia tchen ping ou
eodem modo concordant. ergo epocha capitis chao kao tuto reponi potest ad annum ante C. 1098: quod confirmat adhuc epocham capitis vou Tching.

*. juxta halleium solstitium est pridie 3ⁱ dec: juxta alios plures 1ª januarii.

c 望 dies Lunæ 15ª, scilicet plenilunium.
ouang

d 周 scilicet 鎬京 in quam vou ouang ex regiâ 豐 commigraverat, regiamque suam constituerat.
tcheou hao king fung
Sæpe in chou king vocatur 宗周. sita erat in 陝西 20 lizes a regiâ 豐 ad sud ouest 西安府
tsung tcheou
長安縣. dicitur Principem Tching ouang antequam admoveret manum ædificandæ novæ regiæ in log, ivisse ad fung, quia ut jam vidimus erat ibi templum colendis Dynastiæ Tcheou majoribus destinatum. porro quotiescumque Dynastiæ Tcheou Principes volebant suscipere negotium alicujus momenti, priùs ibant justa persoluturi defunctorum suorum manibus.

e 朏 fei tertia dies Lunæ.

f. 攻 位 kung oei præparare loca. loca illa, juxta interpretes, sunt 1° ad sinistram locus colendis majoribus defunctis destinatus. 2° ad dexteram locus dictus 社 che ad colendos spiritus. 3° anteriùs aula regia. 4° posteriùs, forum et plebis habitationes.

g. 紹 上 帝 chao chang ty succedere supremo Domino, quia scilicet imperator supremi domini vices gerit.

h. 土 中 tou tchung terræ medium. ita vocatur regia nova Lo y, quia non tantum moraliter erat centrum, sed quia reipsa debebat esse in medio terrarum quæ unicuique assignabantur, ut jam vidimus in capite yu kung.

i. 配 皇 天 poei hoang tien significat propriè similis esse Cælo, scilicet illud imitari in amore quo prosequitur populos.

k. 夏…有 歷 年。 hia yeou li nien scilicet Dynastia Hia habuit 17 principes et duravit 432 annos.

l. 殷…有 歷 年。 yn yeou li nien scilicet Dynastia yn, sive Chang habuit 30 principes et duravit 639 annos.

m. 拜 手 稽 首 pay cheou ki cheou sinæ in libellis suis salutatoriis vel supplicibus, utuntur istâ formulâ, junctis manibus et capite inclinato te saluto, H quemadmodum in epistolis utimur formulâ, humillimus H

n. 我 非 敢 勤 ngo fei kan kin ego non ausim vires exerere. varii interpretes variè interpretantur hunc locum. videtur hic esse sensus. non ad me pertinet deprecari Cælum pro felici successu novi illiùs quod instauras regiminis. duntaxat princeps potest peragere sacrificia ad honorandum ac deprecandum Cælum: ut autem eas relligionis Cæremonias peragat princeps cum eâ quæ decet imperatorem magnificentiâ, tibi offero quæ eâ intentione Dynastæ tui ad te deferenda mihi dederunt serica.

Caput 13um

洛誥

Lo Kao.

Regiæ Lo documenta.

Tching ouang commiserat comiti Tcheou kung curam disponendi omnia quæ spectabant ad regiam quam volebat fundare in Lo y. Tcheou kung juxtà principis mandatum ivit

ad Lo y, ubi postquam omnia inspexisset et duxisset sortes ad resciendum quomodo se gerere oberat, misit nuntium qui principem commoneret quid sortes responderent: aliquanto post, quia Tcheou kung principi cujus ætas jam erat matura, non tantùm volebat restituere imperium cujus tutelam habebat à septem annis, sed etiam senectutis causâ volebat abdicare negotiorum curam, idò per nuntium hanc a Tching ouang facultatem petit, ac invitat principem ut ipse venia imperii habenas suscipiat. Sed Tching ouang non tantùm non annuit petitioni Tcheou kung, quin immò enixè rogat comitem, ut continuet feliciter illud quod instituit regimen. hâc occasione princeps et comes sese invicem adversantur. mutuæ illæ adhortationes materia sunt hujus capitis: quæ adhortationes quia factæ fuerunt occasione regiæ novæ Lo y: idò caput vocatur Lo kao, documenta regiæ Lo.

bꝛI. tertiâ Lunâ quando revivisebat obscuritas, id est die 16a Tcheou kung incepit jacere fundamenta pro ædificandâ novâ magnâ regiâ in regni Tcheou orientali parte dictâ 洛 (lo). magnâ animorum unanimitate illuc convenerunt quatuor imperii partium populi. tum reguli 侯, 甸, 男 (heou, tien, nan), tum qui imperii negotia gerunt 采 衛 (tsay ouei) et ab illis dependentes omnes præfecti, foverunt illam populorum unanimitatem in aggrediendis quæ in hâc novâ regia facienda erant operibus. Tcheou kung ad excitandum singulorum zelum, passim adhortationes ad populos promulgavit.

Notandum. iste articulus bꝛI, quem plures antiqui codices reponunt in capite kang kao, nullam cum illo capite connexionem habet. plerique recentiores judicaverunt esse quasi capitis Lo kao præfationem: idò illam in initio hujus capitis reposuerunt. sed alii sunt adhuc qui contendunt nullam habere connexionem neque cum capite kang kao, neque cum capite lo kao, sed esse fragmentum alterius libri amissi.

motivum scribendi. bꝛ2. Tcheou kung coram nuntio quem mittebat ad principem Tching ouang, primò capitis et manuum salutatione inquit: ego perspicaci principi fratris mei filio jam jam reddituus sum rationem de iis omnibus quorum mihi commiserat curam.

monet principem, locum esse aptum pro regia. bꝛ3. princeps, quasi per semetipsum capere non valuisset Cœli de regiâ tum fundandâ

tum perficienda decretum, commisit nobis illud negotium. ego illuc secutus sum Tay pao et ambo simul accurate per sortes inspeximus hujus Orientalis terræ naturam. aspera est sane ut ibi populorum perspicaxe Princeps fundet regiam suam.

Quomodo commorant Principem in aura propinquo pro regione Lo et quid miserit regionis mappam.

524 die 乙卯 manè, ut primum pervenimus ad regiam novam Lo, sortes duxi ad boream fluminis Hoang ho, prope flumen 黎水. deinde sortes duxi ad Orientem fluminis 澗水 et ad occidentem fluminis 瀍水. in his omnibus locis, omina dubiaque erant pro regione Lo. iterum sortes duxi ad orientem fluminis Tchen choui, et omina erant adhuc dubiaque pro regione Lo. itaque misi nuntium qui Principi offerret tum regionis Lo mappam, tum responsa quæ ab auguriis acceperamus.

Principis res gesta ad comitem.

525. Princeps, accepto quem Tchou kung mittebat nuntio, statim capite et manibus reverentiam exhibens, inquit: comes non ausus fuisset non recurrere quam Cælum nobis largitur felicitatem. inspecto habitationis loco, egit ea quæ ad hanc nostræ Dynastiæ Tchou felicitatem confirmare possunt. Siquidem comes determinavit habitationem et nuntius qui venit, nihil nuntiaverit mihi nisi omina fausta quæ spondent constantem felicitatem: ego et comes ambo non possumus nos illis non conformare. comes edocet me quo pacto in infinita sacula Cæli favore dignus efficiar. capite et manibus gratias ago comiti pro tam pretiosis ipsius documentis.

Tchou kung fundet Principi ut in regia nova ingrediat ab exercitio actuum religionis.

526. Tchou kung ædificatâ regiâ Lo y accersivit Principem ut illum deducerit in novam regiam. illum deducendo ita alloquitur. Princeps in regiâ novâ debet exordiri ab exercendis religionis actibus juxta magnos ritus: immo exercent illos qui deceant religionis actus, licet non continuantur in rituum codice.

Tchou kung disponit homines qui comitentur Principem.

527. ego dispono multos cujuscunque ordinis præfectos, quos mittam ut sequantur et comitentur regem, quando exibit ex Regiâ Tchou. his porro præfectis animos additurus ita loquar. quando Princeps contulerit se in regiam novam, ibi probabilitur erunt negotia et Principis edicta quibus vos obsequi debebitis.

Tchou kung monet Principem quid promulgare debeat suis praefectis.

588. quaenam porro debent esse ista de quibus loquor Principis edicta? nunc v.g.: sit istud Principis decretum. inscribantur insignia merita et quoad illa merita decernantur post mortem honores magni. interim ita Princeps praecipiat ac dicat: siquidem excepistis adeo honorificum decretum, fideles estote in adjuvando ac defendendo vestro Principe.

apparat in publicum praemio eum aequitas.

589. itaque Princeps, tum ad excitandam aemulationem, tum ut apparet aequitas honorum quos confert, maxime publica sint acta illa in quibus inserentur subditorum bonorum merita: tunc est enim exemplo suo edocere praefectos omnes ut aequitati consulant.

Si Princeps sit injustus, quanta inde mala.

590. o filiole mi, decrete te partialem esse et affectui privato potius quam aequitati consulere. si partialis esses, o infaustule, non secus ac ignis qui scintillula accensus, ita sensim excandescit ut extingui non valeat: ita etiam praefecti omnes exemplo tuo ita abripientur, ut illorum iniquitas nullo Principis freno reprimi possit.

ne praefectos mutet.

591 in obsequendo rationi et negotiis administrandis geras te sicut et ego me gessi in toto administrationis meae tempore. non est necesse ut constituas novos praefectos. utaris duntaxat illis regni nostri Tchou quibus usus sum praefectis, et tecum illos deducas ad novam regiam. ut primum offerent ut illi voluntatem tuam rescient, statim illam in suo munere adimplebunt, vires suas exerent et bene merebuntur. ita Magistratus bene gerentur et inde exurget tibi aeternum decus.

Princeps cogitet de fine suo

592. pergit Tchou kung. praeterea Princeps, juvenis es: sis ergo sollicitus de fine ad quem tendere debes.

Princeps subditis suis venerandum se exhibeat

593. te circumspectum sis et attentus, ut ex iis qui tibi obsequium praestare veniunt Dynastis, dignoscas tum illos qui reverentem animum prae se ferunt, tum illos qui reverentem hunc animum non habent. reverentia exegit ut observentur ritus. si ritus illi desint in offerendis muneribus, diendum est etiam reverentiam deesse. jam vero

Si toto animo non intendas ad conciliandam tibi reverentiam, populus erga te nullam reverentiam habebit, et ita quaecumque negotia pessumdabuntur ac pervertentur.

[illegible] tung [illegible] Prin[illegible] ad bonum [illegible]gimen et [illegible] facultatem redrandi.

594. tu igitur, o juvenis Princeps, meam in regimine vigilantiam imiteris ac propages. docilem te praebeas documentis quae dedi tibi de adjuvandâ et ad rationis normam dirigendâ populorum indole. nisi in hoc consequendo vires omnes adhibueris, diuturnitatem profectò non consequeris. enitaris patris tui probitatem et rectitudinem in te exprimere, non secùs ac ego feci: tunc nullus erit qui audeat voluntati tuae repugnare. tu jam jam ad regiam novam profecturus, attende tibi. ego verò in posterùm imperii negotiis omninò abdicatis, nonnisi agriculturae negotia callere et gerere volo. si populos nostros beaveris, nullus erit adeò longinquus qui non veniat ad obsequium.

Princeps gratias [illegible] comiti.

595. Princeps ita respondet comiti. tu comes, juvenem me perspicaciâ tuâ adjuvisti. tu eminentissimas exposuisti mihi virtutes quibus possem tum ouen ouang et vou ouang praeclara facinora propagare et continuare, tum dignitate quam Caelum contulit mihi dignum me praestare, tum denique quatuor imperii partium populis inconcussam pacem et omnibus fixam habitationem assecurare.

596 item docuisti me magnam illam legem honorandi illos qui meritis fuerint insigniores, et decernendi primi ordinis sacrificia juxtà meritorum quae quisque sibi comparavit ordinem: immò quicumque decent, quamvis in rituum codice non extent relligionis ritus observandi.

exaltat eminentes comitis virtutes.

597. tum suprà, tum infrà nullus est locus quem comes virtutis fulgore non illuminaverit. acri zelo in quatuor orbis partes illam sparsit: ubicumque viget relligiosus illius observandae zelus, qui unâ pacem ubique conciliat. comes ne vel minimum ab eximiis quae ouen ouang et vou ouang de virtutis zelo dederunt documentis recessit. quid ergo superest nisi ut ego juvenis diù noctùque reverenter exerceam relligionis actus, tum ad gratias agendas Caelo, tum ad conservandum bonum illud regimen.

Princeps prohibet comitem abire.

598. Princeps inquit adhuc. tam insigniter comes de me bene meritus est adjuvando ac dirigendo me: ne facias aliter et continues mihi tua documenta: si enim recesseris, quem habebo.

Tching ouang venerat in regiam novam Lo; sed regiam hao quam vou ouang et ouen ouang sudoribus suis irrigaverant nolebat adhuc deserere: ideo ad illam rediturus jubet Tcheou tung continuare regimen in regiâ novâ Lo.

Princeps rediturus in hao, jubet tcheou tung continuare regimen in lo.

599. Sic itaque Princeps comitem alloquitur. ego homuncio hinc abeo regnaturus in antiquâ regiâ Tcheou: tu verò in hâcce novâ regiâ continues quod adeo benè incepisti regimen.

600. quatuor imperii partium populi adhuc a te deducendi sunt ac regendi. eximia illa lex de meritis in acta publica referendis et post mortem praemiandis nondum erga te potuit habere locum. merita tua ut potè nondum consummata, o comes, nundum potuerunt inscribi.

601. continues igitur dilatare jam a te populis indicatam quam illi tenere debent viam. praesis exemplo tum populis, tum Magistratibus. quos a ouen ouang et vou ouang accepimus populos fortiter protege. sis illis a Lilus ad quem a quatuor orbis partibus confugiant.

Princeps urget comitem ut maneat.

602. pergit Princeps. igitur comes, hîc maneas. ego vero abibo. jam omnes anticipatò gaudent ac venerabundi praeclara a te expectant facinora. ne abeundo frustreris illas spes. ne comes adeò me affliges. ego in regiâ Tsung Tcheou indefesso labore incumbam paci ac tranquillitati populis procurandae: tu vero comes, si populis non subtrahas exemplar quod in te habent, quatuor imperii partes fruentur felicitate quae transibit ad illorum posteros.

tcheou tung consentit non abire.

603. Tcheou tung capite et manibus Principem salutando inquit. Siquidem Princeps huc me venire jusserit, suscipiam in me protegere populum hunc cujus cura avo tuo

ouen ouang à Cœlo commissa est, et promovere patris tui vou ouang decus, continuando ipsius eminentia facinora et superando omnes quæ in meo munere occurrere possent difficultates.

Tcheou kung [illegible] Principem ut ali[illegible]ando visitet [illegible] regiam [illegible]

604. Sed tu, juvenis Princeps ad hoc consequendum etiam concurras: ex regiâ hac in quâ manere gaudes, venias interdum ad visitandam regiam nostram Lo. enitaris efficere ut floreant leges et evehantur illi inter populum yn qui præ cæteris sapientiâ pollent. quibus recens constitutus es Princeps, quatuor imperii partibus regendis operam nava. Sapientiâ tuâ dux sis et exemplar sequentibus Dynastiæ Tcheou Principibus: hoc tibi persuasum habeas quod ex hujus medii, (scilicet ex hujus ce regiæ Lo in imperii medio sitæ) bono regimine, pendet omnium imperii regnorum bonum regimen et Principis meritorum consummatio.

Tcheou kung promittit se vires impensurum ad promovendum Principis et imperii decus

605. quantum in me erit O Princeps, adjuvabo te in hoc bono regimine consequendo. ego 旦 tan præfectorum, illorumque omnium qui negotia gerunt ope renovabo et propagabo prædecessorum Principum egregia facinora: et ita explebo illam quæ populis omnibus inest spem. enitar ut populi Tcheou fidelitas et Principis mei perspicacia posteritati sint absolutissimum exemplar. enitar ut Princeps avi sui ouen ouang virtutes consummet.

Princeps reduxe in regiam suam, misit nuntium qui suo nomine salutaret Tcheou kung et illi offerret munera. Tcheou kung ita respondet Principi

nuntius nomine regis salutat Tcheou kung et offert illi vinum pretiosum.

606. nuntius qui venit mandata tua laturus populo in, tuo nomine jussit me bene valere, ac dedit mihi duo vasa plena vino dicto 秬鬯 ku tchang dicens. purus esto et veneratione plenus. tibi offerendo illud donum, capite et manibus te saluto.

Tcheou kung gratias agit

607. non ausim certè vinum illud propinare et bibere; sed utar in actibus relligionis quos exercere volo ergà vou ouang et ouen ouang

deprecatio comitis Tcheou kung

608. hæc porrò in illis ergà vou ouang et ouen ouang relligiosis cæremoniis deprecatur Tcheou kung. Princeps docilis sit iis quæ prædecessores Principes illi reliquerunt

documentis, fidelis sit in iis exequendis. quem illi praescripserunt ordinem servet. fruatur Princeps omnimodâ felicitate nec in ullas incurrat calamitates. ipsius virtus abundet ac floreat in infinita saecula. ipsius populus yn in aeternum vivat.

609. Princeps ipsemet dirigat populum yn, et populus yn per infinita saecula sit docilis. continuò sibi proponat in exemplar Principem meum et illius imitetur virtutes.

Princeps in anni principio facit sacrificium dictum tching ad commonendos spiritus comitem Tcheou kung manere in regiâ Lo y.

610. die 戊辰 (meou tchen) Princeps erat in regiâ novâ Lo y et ibi pro sacrificio 烝 (tching) quod fieri solet in anni principio, obtulit in victimam Principi ouen ouang unum bovem flavum et Principi vou ouang etiam unum bovem flavum. Princeps deindè jussit scribi orationes quae debebant recitari. in illis porro precibus quas caeremoniarum praefectus nomine 逸 (y) debebat recitare, duntaxat mentio fiebat de Tcheou kung (K) qui regni administrationem continuabat. Principis hospites, id est reguli et magnates, venerant ut illum adjuvarent in sacrificiis et unâ cum illo mactarent victimas et relligionis actus exercerent. Princeps ingressus in templi locum dictum 大室 (tay che) (m) ibi fecit libationes, ex vino pretioso kiu tchang.

611. dies porro meou tchen (l) quo Princeps jussit Tcheou kung continuare imperii administrationem et jussit rituum praefectum 逸 (y) componere preces supradictas, fuit in lunâ 12ª.

612. Septem vero annorum spatio Tcheou kung se totum impendit in regendo et protegendo quod vou ouang et ouen ouang a Caelo acceperant imperio.

a 子明辟 (tse ming pi) fili perspicax Princeps. imperatoris Tching ouang pater vou ouang erat frater natu major comitis Tcheou kung: ideo Tcheou kung, utpote avunculus Principis Tching ouang familiariter illum compellat filium.

b. 東土 (tung tou) orientalis terra, quia Lo y erat Orientalis respectu regiarum fung et hao.

c. 黎水 (ly choui) nomen fluminis nunc ignoti.

d. 澗水。瀍水。 (kien choui tchen choui) vide yu kung (134, b.

e. 洛食 (lo che) ad verbum Lo comesta est, disparuit. Scilicet ita consulebatur testudo. Supra illam atramento ducebantur lineae quae designarent res varias de quibus inquirebatur. quando testudo

cremabatur, lineæ quas dissipare poterant ignis vi excortæ rugæ vel fissuræ prosperum omen designabant. porro lineæ quas duxerat Tcheou kung, ad inquirendum utrum locus Lo seligendus esset, disparuerunt: proindeque omen erat bonum pro loco Lo.

f. 以功作元祀 juxtà merita decernere primi ordinis sacrificia. Scilicet, ut jam vidimus, in
y kung tso yuen sse
templo colendis principibus defunctis destinato, ponebantur etiam nomina illorum qui meritis fuerant insignes, et illis honores exhibebantur: ideo dicit in sacrificiis faciendam esse illorum memoriam juxtà ea quæ sibi comparaverunt merita.

g 四輔 quatuor defensores, quatuor protectores. alii dicunt hîc agi de quatuor imperatoris
sse fou
consiliariis. alii de quatuor agminibus imperatoris custodiæ præpositis. alii de copiis quas Tcheou kung debebat constituere ad custodiendas imperii fines, ad septentrionem, ortum, meridiem et occasum.

h. 秬鬯 ku, species milii nigri. Tchang, herba odorifera, ex quâ cum milio ku conficiebatur
ku tchang
vinum pro sacrificiis.

i. 卣 vasa sacrificiis inserventia.
yeou

k. 其後 varii interpretes varium Characteri 後 sensum assignant. recentiores quos secuti
ki heou heou
sumus, interpretantur illum continuare, et dicunt sensum esse quod princeps Tching ouang jusserit ut Tcheou kung continuaret imperii regimen. alii verò antiquiores quales kung yn ta H dicunt sensum esse quod Tching ouang constituerit in dignitate posteros Tcheou kung et exercisse Tcheou kung filium dictum 伯禽 ad dignitatem reguli regni 魯 cujus aula erat in 山東 ubi nunc est
pe kin lou chan tung
兗州府曲阜縣魯國故城
yen tcheou fou ku feou hien lou koue kou tching

l. 戊辰 dicunt interpretes, 1° esse diem ultimum Lunæ 12ᵉ. 2° hic agi de eodem anno de quo
meou tchen
agitur in capite chao kao: quod utrumque incertum est.

Dynastiæ Tcheou rituum liber dicit sacrificium 烝 fieri solitum esse in Lunâ 子 in quâ
tching tse
erat solstitium hybernum. juxtà kung ngan koue et kung yn ta, sacrificium Tching quod factum est die sequenti diem vou Tchen, factum est proinde die primâ primæ Lunæ 子 juxta
tse
calendarium Dynastiæ Tcheou.

Kung in tra qui pro anno de quo agitur in utroque capite Chao trao et Lo trao assignat annum ante Ch: 1109, supponendo quod dicitur in capite Chao trao diem 丙午 ping ou fuisse tertia lunæ diem tertiam, ita ordinat hujus anni Lunas.

甲辰. kia tchen	dies 1a 3a Lunæ quæ fuit magna, scilicet 30 dierum. respondet	31 januarii. an. an. C. 1109
甲戌. kia su	dies 1a 4a Lunæ quæ fuit parva, scilicet 29 dierum. respondet	1 martii.
癸卯 kouei mao	dies 1a 5a Lunæ magnæ - - - - - - - - - - - - - - - -	30 martii.
癸酉 kouei you	dies 1a 6a Lunæ parvæ - - - - - - - - - - - - - - - -	29 aprilis.
壬寅 jin yn	dies 1a 7a Lunæ magnæ - - - - - - - - - - - - - - - -	28 maii.
壬申 jin chin	dies 1a 8a Lunæ parvæ. - - - - - - - - - - - - - - - -	27 junii.
辛丑 sin tchou	dies 1a 9a Lunæ magnæ - - - - - - - - - - - - - - - -	26 julii.
辛未 sin ouei	dies 1a 9a 閏月 jun yue intercalaris Lunæ parvæ - - - - - - - - - -	25 augusti.
庚子 keng tse	dies 1a 10a Lunæ magnæ - - - - - - - - - - - - - - - -	23 septembris.
庚午 keng ou	dies 1a 11a Lunæ parvæ - - - - - - - - - - - - - - - -	23 octobris
己亥 ki hay	dies 1a 12a Lunæ magnæ - - - - - - - - - - - - - - - -	21 novembris

proindeque dies 戊辰 mou tchen erat lunæ 12a dies 晦 hoei scilicet ultima quæ in hoc systemate respondet diei 20 decembris anni 1109

ista Lunarum dispositio quam facit Kong in tra deducitur ex systemate Astronomi Pan Kou. supponit ille periodum constantem quatuor cyclis decemnovenalibus, scilicet 76 annis, quibus revolutis solis et Lunæ phænomena redeunt eodem omnino momento. unius periodi 76 annorum 1us annus est annus 5us regentis Tchou Kung, illo anno solstitium hybernum et conjunctio evenerunt die 丁巳 ting sse 25a decemb. anni ante Ch. 1112, quæ dies fuit proindè 1a dies 1a lunæ in calendario Tchou. juxta Pan Kou periodi 76 annorum 3o anno Luna 9a erat intercalaris; proindeque septimus regentis Tchou Kung annus, utpote periodi 3us debebat habere Lunam intercalarem

Calculus Pan Kou non tantum erat in assignando solstitii die, ut ex primo intuitu evidens est: erat adhuc ex pluribus aliis capitibus, in quibus refutandis non immorabor, cum jam a P. Gaubil refutata sunt.

Tchou Kung principis commentarii gnifi frtes.

in Capite Chao Kao statuimus epocham hujus capitis ad annum ante Ch. 1097. juxta illam Chronologiam dies 22 decembris fuit ultima duodecimae Lunae septimi regentiae Tcheou Kung anni, et dies 戊辰 (meou tchen) 23a decembris fuit 1a dies 1ae Lunae. Si certum esset annum de quo agitur in Lo Kao esse eumdem cum anno de quo agitur in Chao Kao, tunc dicendum esset sacrificium Tching factum fuisse die 2a primae Lunae: nec contradicit liber Chou King: duntaxat interpretes dicunt factum fuisse die primâ: sed annus capitis Lo Kao non est certus: praeterea in illo capite sunt lacunae, transpositiones 2l quae impediunt quin aliquid certi ex illo erui possit.

+ calculus dat ♂ in media nocte die 24: proindeque ♂ media sine errore repeni potest ad diem 23.

m. 太室 (tay chi) dicunt interpretes, in loco majoribus colendis destinato fuisse quinque separationes, quarum Tay chi erat media.

Caput 14um.

多士

To Che

Praefectorum multitudini.

jam a septem annis Tcheou Kung erat imperii regens, cum imperatori Tching ouang qui jam erat aetate satis maturâ ut per se ipsum regere posset, reddidit imperii regimen. Tching ouang jam jam ipsemet regimen auspicaturus, non tamen annuit petitioni Tcheou Kung qui volebat ab imperii negotiis recedere et vitam privatam ducere: sed ipse rediens in antiquam regiam hao King, novae regiae Lo y regimen commisit comiti Tcheou Kung. Tcheou Kung qui in regiam Lo y transtulerat magnam partem populi yn, timens ne populus yn rebellionis ac turbarum amans non se emendaret, promulgat iis principis sui voluntates, et repetitis adhortationibus illos ad bonum dirigere conatur: quia verò monita sua dirigit praecipuè ad multitudinem eorum qui erant in dignitate constituti: inde caput nomen desumpsit.

Tcheou Kung principis nomine commonet populi yn praefectos.

613. tertiâ Lunâ (a) Tcheou Kung ut pote recens in regiâ novâ Lo y ab imperatore constitutus praeses, ita principum Dynastiae Chang praefectos et quotquot erant in dignitate constituti, imperatoris nomine commonuit.

dynastia tcheou imperium habet a Cælo.

614. Princeps ita inquit: O vos multitudo præfectorum qui superestis ex Dynastiâ yn! Supremum Cælum jam non ampliùs commiseratum Dynastiam yn, magnas illi inflixit pœnas, illamque funditùs evertit. nostræ Dynastiæ Tcheou benigniter conferens imperium, jussit ut pro supremâ Cæli quod Dynastia yn offenderat dignitate, tum pœnas a Dynastiæ yn principe reposceremus, tum regimini quod illa pessum dederat ordinem restitueremus et supremi Domini opus consummaremus, scilicet evertendo Dynastiam yn et populis pacem ac tranquillitatem restituendo.

dynastia yn se throno indignam fecit.

615. O vos præfectorum multitudo! cum regnum nostrum sit adeo parvum, non certè ausi fuissemus regni yn thronum usurpare: sed Cælum non amplius illi adesse dignatum est: pravum illiûs regimen, illiûsque turbas ampliùs sufferre non valens, adjuvit nos: secùs quomodo ausi fuissemus thronum illud ambire.

populi jam ab illa defecerant.

616. quod supremus Dominus non adfuerit Dynastiæ yn; hoc indicat populorum qui illi subditi erant agendi ratio: omnes enim illam excosi jam ab illâ recesserant: populos liberare volens Cælum, severitatem suam manifestavit.

periit Dynastia hia, quia kie non intendebat populorum felicitatem.

617. hoc ego audivi: supremus Dominus populorum pacem ac felicitatem intendit. Dynastia 夏 (hia) (scilicet 桀 (kie) pravis cupiditatibus obsequendo) populorum felicitati procurandæ non allaboravit: ideò supremus dominus ad illum principem deterrendum ac emendandum, Dynastiam hia calamitatibus visitavit. sed princeps abusus illo quod Cælum ad ipsiûs emendationem adhibebat medio, absque ullâ mensurâ frænum laxavit cupiditatibus, impudicitiis, immo et blasphemiis: ideo Cælum illiûs oblitum quasi obsurduit, illumque imperii solio deturbatum severissime punivit.

dynastiæ hia solium excepit Tching tang.

618. quia populo non debebat deesse princeps, Cælum consequenter jussit Dynastiæ vestræ fundatorem Tching Tang succederet Dynastiæ Hia et illorum qui ex populo digniores essent ministerio adjutus, quatuor imperii partes regeret.

quomodo dynastia in per tot annos duraverit.

619. ex illis principibus qui extiterunt a 成湯 (tching tang) usque ad 帝乙 (ty y), nullus

fuit qui virtutem non excoluerit, ac de relligionis ritibus exercendis non fuerit sollicitus.

620. ideò Cælum per tot annos adeo firmiter in solio stabilivit Dynastiam yn, illam protegendo et illius curam suscipiendo. porrò Dynastiæ yn Principes maximè cavebant sibi ne privarentur istis supremi Domini favoribus. Similes Cælo quod sua beneficia profundere gaudet; nihil erat quod illi beneficiis suis non complecterentur.

quomodo Dynastia yn amiserit solium

621. Sed qui deinceps successit Princeps, scilicet 紂 Tcheou, cælesti lumini oculos aperire nolens, quo pacto prædecessorum Principum in administrando regno zelum assecutus fuisset, immo et de illo assequendo cogitasset. profundè immersus cupiditatum et obscoenarum voluptatum luto, quomodo attendisset ad Cæleste lumen ac de populorum veneratione sibi conciliandâ cogitasset.

622. hæc est causa cur illi auxilium suum subtraxerit supremus dominus et adeò gravem illi intulerit ruinam.

623. Cælum illi non adfuit, quia cælesti lumini oculos aperire noluit.

624. Scilicet in quatuor orbis terræ partibus, cujuscumque tum parvi, tum magni regni ruina nihil aliud est nisi pœnæ ob aliqua peccata inflictæ executio.

hortatur populum in ut sese sinere subjiciat Dynastiæ Tcheou

625. ita Princeps adhuc alloquitur vos, O regni yn præfectorum multitudo! Dynastiæ nostræ Tcheou Principes successu magno et mirabili susceperunt supremi domini negotium.

626. ita enim illis præscriptum fuit: delete yn et de eo commonete supremum Dominum.

627. nos porro in exequendo illo mandato non aliam tenuimus nisi quam Cælum nobis præscripserat viam. vos ergò subditi et quasi ex familiâ illius justo Cæli judicio puniti, ad nos confugite.

causa cur eos in regiam novam tradiderit.

628. ego dico vobis. Si vestram habitationem immutavi, nonnisi quia vos absque ullâ mensurâ turbas excitabatis. mihi certè numquam fuit vos molestandi animus. frænum vobis imponere: hæc unica fuit regiæ novæ fundandæ causa.

629 cogito quod cum tot et tantis Cælum affecerit Dynastiam vestram yn calamitatibus,

profecto terra inquâ eratis vobis erat funesta: non poterat non immutari.

630. Princeps inquit adhuc et suspirans commonet vos O praefectorum multitudo! haec est unica quam vobis dixi modo causa, cur versus Orientem transtulerim habitationes vestras. non est certè quod ego privatus sub boni melioris apparentiâ voluerim pacem ac tranquillitatem vestram turbare. e Caelo emanavit decretum cui refragari non licebat. si porro vos illi non obsequimini, absit ut ego ulterius commoneam vos: sed puniam, nec erit vobis ulla contra me succensendi causa.

631. non latent vos a vestrae Dynastiae yn majoribus relicta scripta et acta publica quae referunt quo pacto a Dynastia yn extincta fuerit Dynastia Hia.

quare in gerendis negotiis non adhibeantur nisi pauci ex populo yn.

632. jam verò vos ita arguitis. postquam Dynastia Hia a nostrâ Dynastiâ Chang fuit profligata, Dynastiae Hia superstites praefecti deligebantur adhuc et adhibebantur tum in principis nostri aulâ, tum unà cum caeteris imperii nostri praefectis. hoc ego non ignoro: sed ego homuncio utendo hominibus duntaxat ad virtutem attendo, et nonnisi quia unicae virtuti consulo, ausus sum extrahere vos ex illâ vestrae Dynastiae Chang celesti regiâ. in vestri regimine, unice obsequor meae ergà vos commiserationi, subtraho vobis rebellandi occasionem: si res vobis non ex voto succedant, si non eoeham vos ad imperii munera, mihi non est adscribenda culpa. duntaxat enim Caeli voluntatem exequor.

revocat illis in memoriam beneficium veniae quam illis concessit.

633. Princeps ita adhuc alloquitur vos praefectorum multitudinem. olim quando ego redivi ex regno 奄 yen, debuissem cum omni severitate vos quatuor rebellium regnorum populos capite plectere: nihilominus condonavi. sed quandò vidi vos nullatenus emendari, et iram Caeli jam jam super vos excarsuram: tunc in regionem longinquam transtuli vestras habitationes et adjunxi vos cum illis qui nostrae Dynastiae Tcheou gerunt negotia praefectis, ut ità ad obsequium vos revocarem.

regia lo y debet esse illorum a Zilus.

634. pergit adhuc Princeps ita commonere vos O praefectorum multitudo. jam verò cum vos morte non plectam, denuò vobis repeto quae sit mea voluntas, ut illam adimplendo vos veniâ dignos exhibeatis. recenter ego erexi magnam habitationem in istâ regione lo

ut ad illam ex quatuor mundi partibus omnes tamquam ad hospitium confugiant et praesertim ut vos O praefectorum multitudo ad illam confugiatis et advoletis, ibique cum omni erga me obsequio vos praestetis fideles subditos.

635 ibi habebitis quos ad vestram sustentationem excolere possitis agros. ibi habebitis habitationem in quâ tranquillè negotia vestra gerere vobis licebit.

636. Si vos bene gesseritis, Caelum ergâ vos erit beneficum et misericors. Si vero non bene vos gesseritis, non tantum possessiones vestras amittetis, sed ego vice Caeli a vobis offensi in vos animadvertam.

637. jam vero si vos absque ullo ad alium locum abeundi animo, in hâc vestrâ novâ regiâ manseritis: qui vobis succedent nepotes, ibi etiam alacriter manebunt: negotia illis prospere succedent et longae vos in hac regiâ novâ Lo habebunt annos. illorum porrò decus et felicitas erunt certè transmigrationi vestrae adscribenda.

638. deniquè princeps inquit..... (desunt hîc in textu aliquot verba).. inquit adhuc. horum porro omnium quaecumque vobis dixi scopus est ut fiscum et mutationi non obnoxium in hac regiâ novâ Lo domicilium vobis assecuretis

a. 惟三月 tertiâ Lunâ, scilicet anni cujus initio Tching ouang sacrificaverat in regiâ novâ Lo.
oei san yue

b. 昊天 Grammatici sinae inquiunt, Caelum in autumno vocari min tien, quia in
min tien.
autumno capitis poenâ plectuntur rei: ergo min Tien significat severum Caelum.

c. 帝降格嚮于時夏。dominus calamitatibus visitavit Dynastiam Hia. interpres
ty kiang ke hiang yu chi hia.
kung in ta inquit nesciri quaenam fuerint illae calamitates, quia amissae sunt annales quae illas referebant. Sed hâc occasione ille sicut et alii interpretes, repraesentant Caelum quasi patrem misericordem qui filios suos calamitatibus affligit ut illos inducat emendare se et ad bonum se convertere. Si tandem aliquos perdit, nonnisi invitò et quià suâ in pravo induratione suam sibi met ipsis accersunt ruinam.

d. 王于帝乙 ..usque ad Ty y... cum in capite sequenti (645, d) Tcheou kung dicat
tchi yu ty y.

aliquos Dynastiae in imperatores fuisse voluptatibus deditos: hic igitur sensus est: ex Dynastiae yn imperatoribus a Tching Tang usque ad Ty y, nullum fuisse qui sceleribus suis adeò Caelum adiram provocaverit, quantum provocavit sceleratus et impius Cheou.

e 我事不貳適 non poteramus aliam insistere viam. tum plures ex quatuor rebellibus
ngo che pou eul tche.
populis, tum aliqui ipsius met Dynastiae Tcheou magnates qui venerant in suspicionem favendi rebellibus, jussi fuerant transmigrare in regiam novam Lo. Tcheou kung insinuat illis eorum transmigrationem fuisse necessariam ad auferendam illis rebellandi occasionem: aliundè nihil egisse nisi quod sibi a Caelo fuit praescriptum.

f. 朕來自奄 quando redivi ex regno yen. yen regnum erat ubi nunc est 奄里 ad orientem
tchen lay tse yen yen ly
曲阜縣 in districtu 兗州府 in 山東. etiam ad orientem ejusdem urbis videtur templum
ku feou hien yen tcheou fou chan tung
in honorem principis Chun erectum, et non longe, aliud templum erectum in honorem principis yao.

g. 四國 quatuor regna, scilicet quatuor regulatus quos habebant 武庚 principis 紂 filius,
sse koue vou keng tcheou
et tres imperatoris Tching ouang avunculi, 管叔。蔡叔。霍叔。regulatus vou keng erat ubi nunc
koan chou, tsay chou, ho chou,
est 邶城 in districtu 彰德府湯陰縣 in 河南。regulatus koan chou erat ubi nunc
py tching tchang te fou tang yn hien ho nan
est 管城故城 in districtu 開封府鄭州 etiam in 河南. regulatus Tsay chou erat ubi nunc
koan tching kou tching kay fung fou tching tcheou ho nan.
est 汝寧府上蔡縣 adhuc in 河南. regulatus ho Chou erat ubi nunc est 平陽府霍州
jou ning fou chang tsay hien ho nan ping yang fou ho tcheou
in 山西. juxta interpretes, comes Tcheou kung anno 2° suae supremae administrationis ivit
chan si
armis debellaturus illa quinque regna. quia jussu principis comes iverat ad bellum, ideo princeps dicit quando ego redivi, licet ipsemet non iverit. porro quia quintuplicis illius regni populorum indoles semper erat ad rebellionem propensa: ideò Tcheou kung judicavit satius esse illorum magnates transferre in regiam Lo, unde ab ipsis minus erat timendum .:. vide Tsay Tchung tchi ming.

Caput Ib^um

無逸

vou y.

fugienda voluptas.

in præsenti capite Tcheou kung deterret a voluptatibus Principem Tching ouang.

639. Tcheou kung Principem alloquens exclamat. oh quantum sapiens abhorret a voluptatibus et oblectamentis.

Princeps non debet oblectari nisi prius resciverit quantis cum laboribus populi vitæ suæ sustentandæ provideant.

640. si non oblectetur Princeps, nisi postquam cognoverit conserendi et metendi difficultatem, tunc sciet cui innitatur plebecula (scilicet laboribus et ærumnis sine quibus comparari non possunt quæ necessaria sunt ad sustentandam populorum vitam.

plebeii juvenes per se nondum reperti necessitatem laboris, derident ali quando patrum suorum labores.

641. conjiciamus oculos in plebeculam. illorum patres ac matres indesinenter in serendo ac metendo vires suas consumunt. filii vero ignorantes vitæ commoda quibus fruuntur deberi sementis ac messis laboribus et ærumnis, indulgent genio, jocosa effutiunt verba et jactu ambitioso se venditant. quin immò deridendo ac despiciendo patres et matres, de illis inquiunt. boni isti senes nihil intelligunt nihil sciunt.

Tcheou kung in exemplum fugiendæ voluptatis citat Principem Tching tsung, sive tay vou.

642. Tcheou kung suspirans pergit. audivi quod olim Dynastiæ yn Princeps 中宗 (a Tchung tsung) rigidâ vigilantiâ et sacro perfusus tremore juxta Cœli legem semet ipsum perficeret, populosque suos religioso metu dirigeret, non ausus sese voluptatibus et otio tradere: ideo Tchung Tsung regno potitus est 75 annos

exemplum Kao tsung sive vou ting.

643. in memoriam revocemus tempora Principis 高宗 (b Kao tsung) prius quam solium conscenderet, sese foras exercuit in laboribus, unà cum plebeculâ vitam degens. postquàm verò solium conscendisset, sese recepit in locum 亮陰 (leang ngan) ubi per tres annos adeò rigidum servavit silentium ut nullatenùs loqueretur, vel si loqueretur, nonnisi quæ essent rationi maxime conformia. certè non ausus fuisset ullatenùs sese voluptati vel otio tradere. tunc temporis in regno florebat pax. a parvis usque ad magnos, nullus erat qui conquereretur: ideò Kao Tsung 59 annos regno potitus est.

exemplum Tsou kia

644. revocemus in memoriam tempora Principis 祖甲 (c Tsou kia). quando ille contra jus et æquitatem designatus est Princeps, diu mansit inter plebeculam. cum deindè ad solium evectus est, edoctus quænam sint ea quibus innititur plebs, (scilicet agriculturæ,

aliique labores, non autem voluptas et otium, enitebatur populos sublevare et beneficiis cumulare. ergà singulos beneficus, absit ut ille viduos et viduas opprimeret: ideo tsou kia regno potitus est 33 annos.

Subsequentes Principes quia voluptatibus dediti, nonnisi paucos annos regno potiti sunt.

645. qui deinceps illis successerunt Principes in paterno palatio inter voluptates enutriti sunt. porrò ita in voluptatibus enutriti, rescire non poterant sementis ac messis labores ac difficultates, nihil audiebant de populorum aerumnis, nonnisi ad immoderatas voluptates anhelabant: ideo illi illorumque posteri longaevam vitam assequi non potuerunt: alii enim 10 annos, alii 7 aut 8, alii 5 aut 6, alii 4 aut 3 duntaxat solio insederunt.

proponit exemplum antiquorum dynastiae tcheou principum tay ouang, ouang ki.

646. Tcheou kung exclamans inquit: sint etiam in exemplum familiae nostrae Tcheou 太王 et 王季 (tay ouang, ouang ki). modesti ac humiles fastum omnem abhorruerunt, sibimet ipsis indesinenter invigilantes, absit ut sese voluptatibus et otio manciparent.

exemplum principis ouen ouang.

647. 文王 (ouen ouang) plebeculae laborum non immemor, luxum in proprio vestitu fugiebat; indesinenter allaborabat ut inter populos florerent pax et agricultura

648. benignâ et amabili majestate conspicuus, plebeculam amore complectebatur et protegebat, viduos et viduas beneficiis cumulabat, ab ortu solis usque ad meridiem, a meridie usque ad occasum, non habebat otium sumendi cibos, indesinenter occupatus in pace populis universis procuranda.

649. absit ut ouen ouang in venando vel deambulando modum excederet, vel injustum et plus aequo tributum a regnis tributariis exigeret. nonnisi aetate jam maturâ ouen ouang ad solium evectus est: nihilominùs quinquaginta adhuc annos est regno potitus.

Princeps imitetur ouen ouang.

650 pergit Tcheou kung. O successor Princeps, imiteris istam avi tui ouen ouang moderationem in exeundo, in oblectando, in ambulando et in venando. a variis imperii tui populis nonnisi debitum vectigal exigas.

ne vel uno die indulgeat voluptatibus

651. nè inconsultè dicas, hodiè mihi indulgendum est laetitiae et voluptati. Siquidem illo die desineres esse populorum exemplar, nec esses talis qualem te exigit Caelum.

saeculi hujusce homines facillimè imitantur quod est pravum. caveas igitur a turbis et calamitatibus quae sub Dynastiae yn principe Cheou escortae sunt ab habitu sese vino ingurgitandi quem plurimi ad exemplum sui principis contraxerant.

Princeps debet consilium accipere a subditis.

652. Tcheou Kung admirans inquit. audivi quod quando antiqui homines, (princeps et subditi) sese invicem consultabant et commonebant, invicem sese adjuvabant ac de se benè merebantur, invicem sese edocebant et adhortabantur: tunc populi sese invicem neque dinaliabant neque despiciebant.

Secus, inde turbae.

653. quando vero inter illos non fuit bona intelligentia, subditi hunc pravum agendi morem etiam amplexi sunt, et a parvis usque ad magnos, omnes a praedecessorum regum praeclaris exemplis defecerunt et aberraverunt. quando populus deficit a rectâ viâ, illiûs cor conqueritur ac rebellat, et illiûs os in convitia et imprecationes erumpit.

Exemplum sapientum principum in sublevandis populorum laboribus.

654. Tcheou Kung suspirans pergit. Dynastiae yn principes Tchung tsung, Kao Tsung, Tsou Kia, et nostrae Dynastiae Tcheou princeps ouen ouang, quatuor illi homines, adimpleverunt quidquid conferre poterat ad sublevandos populorum labores quos probè noverant.

Si populi conquererentur, illi principes semetipsos incusabant.

655 Si quis ita illos commoneret dicens. Sunt homunciones qui de te conqueruntur ac tibi convitiantur. absit ut illi animo dejicerentur: immò in excolenda virtute diligentiam accrescentes dicebant. quam illi culpam habent (conquerendo et convitiando) mea est culpa. fortè incuriâ meâ dedi illis occasionem: ita illi sincere se gerebant: absit ut ullam in corde foverent iram.

Non facile credendum adulatoribus qui accusant alios.

656. Si autem illos non imiteris et quando occurrent ejusmodi homines riscarum et alios ore maledico discerpendi amatores, qui te ita admoneant. homunciones sunt qui tibi irascuntur et convitiantur. Si faciles illis aures praebueris, hoc certe non aliunde proveniet quam quia tuam principis obligationem non satis constanter meditatus fueris, et quia non habes generosum et in delictis condonandis facilem animum. absque ullo boni et

æqui discrimine punire illos qui non habent peccatum et occidere innocentem: hoc certè cum populorum querelis est conjunctum et illas in te infallibiliter accerset ac congeret.

651. demum concludit Tcheou kung. O tu qui hæreditario jure solio insides, hæc tibi imitanda et adimplenda propone.

a. 中宗 (tchung tsung) aliter 太戊 (tay ou): annales Tung kien kang mou reponunt ipsius I^m annum ad an. ante C. 1631.

b. 高宗 (kao tsung.) imperator 小乙 (siao y) filium suum qui deinceps in regno successit sub nomine 武丁 (vou ting) sive 高宗 (kao tsung), voluit illum, ut expertus esset in populorum miseriis dignoscendis, primos vitæ suæ annos degere cum plebeculâ et ità fieri testem laborum quos populi exantlare debent ad transigendam vitam. idem est de quo in capite yue Ming (322..) Tung kien kang mou pro primo ipsius anno assignat annum ante Ch. 1324.

c. 祖甲 (tsou kia) duplex est sententia circà illum tsou kia et ex utrâque parte stant magnæ authoritatis viri.

Kung ngan Kouo, Kung in ta H contendunt hîc agi de imperatoris Tching Tang filio 太甲 (tay kia) et horumce verborum 舊為小人作 (kieou oei siao jin tso). dicunt sensum esse se gessit diu tamquam vilis homo. scilicet inquiunt, Tay kia antequam solium conscenderet, frænum laxavit cupiditatibus et se gessit modo à ratione prorsùs alieno. postquam vero Tching Tang mortuus est, 伊尹 (y yn) qui tunc erat imperii regens, duxit novum imperatorem in palatium 桐宮 (tung kung) propè sepulturam patris sui Tching Tang, ubi per tres paterni luctûs annos reliquit illum in solitudine semotum ab omni voluptatum incitamento, continuo ponens illi ob oculos eximia prædecessorum principum et maxime patris sui Tching Tang documenta et egregia facinora. post tres paterni luctûs annos, eximiis y yn documentis emendatus, et plebis miserias edoctus Tay kia solium conscendit ac imperium sapientissimè rexit per 33 annos

ge kiang, Tchang ko lao H contendunt hic agi de imperatoris Kao Tsung filio. scilicet inquiunt illi, Kao Tsung volebat abdicare filium suum natu majorem 祖庚 (tsou keng) et filium natu minorem 祖甲 (tsou kia) ad thronum evehere: sed Tsou kia consentire noluit et ad abscondendum se

fugit inter plebeculam, usque dum frater suus Pan Keng ad solium evectus post septem regni annos obiisset, tunc ille solium conscendit. ideo Tsou Kia dicitur 不義惟王 (pou y oei ouang). nolens contra jus regnare, fugisse et diu vixisse cum plebeculâ.

haec secunda interpretatio videtur magis ad verum accedere: quamvis enim caetera possint explicari juxta primam interpretationem, ista verba pou y oei ouang, contra jus rex, in primâ interpretatione non habent locum: Tay Kia enim erat legitimus Principis Tching Tang successor, et quamquam quando successit patri suo, esset cupiditatibus deditus, non tamen poterat dici Rex contra jus. praeterea Tcheou Kung videtur hic insinuare se loqui de imperatore qui quando solium conscendit, erat aetate provectus. Kieou, diu, et tamen regnavit adhuc 33 annos. porro Tay Kia quamquam regnaverit 33 annos, non tamen erat aetate provectus quando solium conscendit. denique ille de quo agitur hîc, vocatur Tsou Kia. porro nullibi Principis Tching Tang filius vocatur Tsou Kia, sed tantum Tay Kia. ergo ∂

∂ 自時厥後 (tse chi kiue heou). in capite superiori To che, (619, d,) dicitur quod omnium Dynastiae yn Principum à Tching Tang usque ad Ty y, nullus iram Caeli provocaverit: hîc vero Tcheou Kung postquam recensuit tres Dynastiae yn Principes qui indefessis in regimine laboribus vitam longam promeriti sunt, inquit caeteros Principes, quia voluptatibus erant dediti, non potuisse longam vitam consequi. haec duo videntur pugnare: sed fortasse in praesenti capite vou y desunt aliqua in quibus Tcheou Kung enumeraverat alios Dynastiae yn Principes. ita sentiunt aliqui interpretes. praeterea Tcheou Kung sibi proponebat excitare Principem Tching ouang ad fugiendas voluptates et ad succurrendum miserae plebis laboribus: ideo enumerat tres Dynastiae yn Principes qui consecuti sunt vitam magis longaevam, quia abhorruerunt a voluptatibus. qui vero molliter enutriti voluptatibus indulgebant, brevi regno potiti sunt: sed illi Principes qui voluptatibus indulserunt, non indulserunt cum eadem furiâ quâ Princeps Cheou: ideo in capite To che dicitur a Principe Tching Tang usque ad Ty y ∂

e 太王, 王季 (tay ouang, ouang ky), Tay ouang, ut jam vidimus (473, k,) primus est qui regulatui suo dederit nomen 周 (tcheou) et gesserit se ut Principem. paulatim hujus regni potentia ita crevit, ut Principis

Tay ouang nepos ouen ouang circa quadragesimum regni sui annum jam fuerit azilus ad quem confugerint plures Dynastæ qui scelerati chang-ouang Cheou Tyrannicum jugum jam amplius ferre non valebant; ita ut plures sinæ annumerent ouen ouang inter imperatores, et ipsius ad solium imperatorium evectionis initium sumant a nono ante ipsius mortem anno, quando scilicet, ut vidimus (422, p) plures reguli Tributarii iverunt illi obsequium præstaturi.

f 文王受命 ouen ouang cheou ming. Ouen ouang evectus est ad solium, scilicet regulatus Tcheou quem adivit circa medium vitæ suæ tempus. cum regnaverit 50 annos, ergo vixit circiter 100 annos. Historici dant principi Ouen ouang 97 annos vitæ, ita ut 47° ætatis suæ anno evectus fuerit ad solium regulatus Tcheou. 88° exceperit Dynastarum obsequium (422, p) et mortuus fuerit anno vitæ suæ 97°.

juxta 孟子 meng tse authorem classicum, inter nativitatem principis Chun et nativitatem principis ouen ouang, sunt mille et amplius anni.

ex capite Chun tien, a 40 annis regnabat yao quando natus est Chun. ergo a primo regni yao anno usque ad mortem principis ouen ouang, sunt 1140 et amplius anni. quid sit illud amplius, difficile est determinare.

juxta Tso Tchouen Dynastia Chang duravit 600 annos. juxta Chun tien imperator Chun vixit 110 annos et 禹 yu Dynastiæ 夏 hia fundator successit principi Chun. inde erui possunt epocchæ pro Chronologia ..... vide Chron: P. Gaubil.

Caput 16um

君奭

Kun Chi

regnante Tching ouang, Chao kung qui exercebat munus Tay pao, senectutis causâ volebat se a negotiorum administratione subducere. Tcheou kung hortatur illum ne recedat, sed continuet adjuvare principem suum. 奭 chi est nomen parvum sive 名子 ming tse quod habebat chao kung. 君 kun significat sapientem, principem, H nunc in sinis odiosum est compellare aliquem nomine parvo: non item antiquitus cum ingenuè magis magisque candidè agebatur: ideò Tcheou kung

familiariter compellat Chao Kung, Kun Chi, Sapiens chi.

658. Tcheou Kung inquit. O Sapiens Chi

659. jam est desperata salus. Cœlum funditùs exstirpavit Dynastiam Yn, et quod illa amisit imperium, excepit nostra Dynastia Tcheou. utrùm porrò hujusce novæ Dynastiæ fundamenta erunt solida, et utrùm illa diu in bono seu sit conservatura, hoc ego non ausim asserere. quamquam Cœlum nunc illam amet, illique faveat, non ausim etiam asserere utrùm aliquando non incidat in calamitates quæ dabunt illi finem.

quamquam Dynastia Tcheou Imperii do mina, scire non potest an diu duratura sit.

660. o Sapiens! dicebas olim, meum est officium adjuvare Principem in imperii regimine. aliunde nequè audemus supremi domini decreto quo nobis imperium largitur renuere inviti, neque audemus non cogitare indesinenter nec de longe prospicere Cœli severitatem fortè imminentem, neque audemus asserere populos nostros non conquesturos et non rebellaturos. si qui successit in imperio, nostrorum sapientum Principum nepos maximè desit suis tum erga Cœlum, tum erga homines officiis et majorum suorum decus et gloriam fordet et obscuret, tu domi tuæ non potens illud avertere, quæ prorsùs potuis mereri.

Spiritus enim Imperatoris pen det ab uno homine scilicet Princi pe.

661. facilè non est Cœlum semper propitium sibi conservare. difficile est constanter inviti Cœlo et nihil agere quod provocet illud ut nos deserat: scilicet illi privantur Cœli favore qui non valent majorum suorum vestigiis insistere, nec illorum in virtute et rationis lumine sequendo zelum assequi.

difficile est Cœlum constanter sibi propitium conservare.

662. porrò ego homuncio 王 non habeo talenta quæ requiruntur ad Principem nostrum dirigendum: ut enim possem illum dirigere, necesse esset ut virtutum quæ in majoribus nostris emicuerunt fulgor etiam in me homuncione emicaret.

Tcheou Kung dicit se non posse Principem diri gere.

663. inquit adhuc, Cœlo non est temerè invitandum. obligatio nostra est allaborare ut pacificatoris Principis vou ouang virtus effulgeat ac propagetur, ne Cœlum auferat quod Principi ouen ouang contulit imperium.

invitandum est Cœlum ouen ouang Cœlum Imperium dedit.

664. Tcheou Kung inquit. O Sapiens chi! audivi quod olim Princeps Tching Tang

Tcheou kung ad incitandum chao kung ut Principem adjuvet, affert in exemplum quosdam principes qui proborum ministrorum ope adjuti floruerunt.

postquam solium conscendisset, habuerit ejusmodi administrum 伊尹 (y yn) qui supremi Domini voluntatem penitus penetrare valeret. regnante 太甲 (tay kia) tunc etiam erat hujusmodi administer 保衡 (pao heng). regnante 太戊 (tay ou) etiam fuerunt duo ejusmodi administri, scilicet 伊陟 (y tchi) et 臣扈 (tchen hou) qui supremi Domini voluntatem penitus penetrarent. item 巫咸 (vou hien) qui familiae regiae negotia administrabat. regnante 祖乙 (tsou y) tunc fuit etiam ejusmodi administer 巫賢 (vou hien). regnante 武丁 (vou ting) fuit etiam ejusmodi administer 甘盤 (kan pan)

illis probis administris debetur regni yn decus.

665 illi omnes successivè benè meriti sunt administrando ac protegendo Dynastiam yn: ideo Dynastia yn exercendo religionis ritus evecta et quodammodo adaequata Caelo, annorum longam seriem obtinuit.

Sex illi probi administri effecerunt ut omnes essent Principi suo dociles.

666 ideo etiam protectio Caeli tunc temporis nullis fuit vicissitudinibus obnoxia. et proindè regnum Chang plenum erat, ac probis generosisque viris abundans. tum inter populos, tum inter illos qui erant proprie Principis homines (scilicet Praefectos qui in aulâ degebant) nullus erat qui virtutem non teneret firmiter, nullus erat qui cum perspicaci sollicitudine non se totum impenderet pro imperio. a fortiori tum inferiores Praefecti, immo et Principes 侯 (heou) et 甸 (tien) qui imperatorem protegunt ac tuentur quasi umbraculum, omnes advolabant ac properabant ad exequenda Principis mandata. ità omnes ad unicam virtutem anhelantes, allaborabant cum Principe suo ad bonum regimen. ideo omnibus illis quae unus homo, scilicet Princeps agebat in quatuor imperii partibus adhaerebant omnes non secus ac si ducti fuissent sortes 卜 (po) et 筮 (chi)

Si desint probi administri, Dynastia tcheou extinguetur veluti Dynastia yn

667 Tcheou kung inquit. pacificis et in aeternâ lege perspicacibus, O sapiens Chi, longaevos annos largitur Caelum: ideò Caelum per plures annos juvit ac tuitum est Dynastiam yn et deinceps quando defuerunt ejusmodi sapientes, Dynastiam yn, quamquam Caeli vices gereret cum omni severitate extinxit. nunc tu cogitas de diuturnitate et arbitraris adesse decretum constans et immutabile in gratiam Dynastiae Tcheou: sed Dynastiae yn vicissitudines erudiant nos quomodo allaborare debeamus in firmando ac stabiliendo nostro recenter erecto regno.

Olim Principi Wen ouang largiri cœperat eminentem virtutem.

668. Tchou Kiung inquit: olim Supremus Dominus quando cœlitus sit Dynastiam Yn, pacificatori Principi Wou ouang virtutem et vires accevit et in illum unum imperii regendi onus magnum congessit.

Virtutem illam Principes et ministri administrabant.

669. antea Wen ouang jam prima pacis ac boni regiminis fundamenta in hoce nostro imperio jecerat: id porro effecit non solus, sed proborum ac sapientium ministrorum auxilio adjutus. Talis fuit 虢叔 Hou chou. Talis fuit 閎夭 Hung yao. Talis fuit 散宜生 San y cheng. Talis fuit 泰顛 Tay tien. Talis fuit 南宮括 Nan Kung Kou.

670. pergit Tchou Kiung. jam vero si examini illi magnates qui erant a Consiliis Principi Wen ouang, non valuissent huc et illuc discurrere ad edocendum populos, ac in illorum cordibus excitandum rationis dictamini obsequium et legum observandarum amorem, Wen ouang non valuisset imperii populis virtutem suadere et quasi infundere.

671. in omnibus adfuit illi Cœlum ac suscitavit administros virtutis tenaces, et quam apprime collebant Cœli venerandam legem rigide observantes, qui tunc temporis effecerunt ut effulgeret Princeps Wen ouang et subditos tum protegeret, tum ad virtutem dirigeret; ac ita Supremo Domino gratiosus et acceptus esset. Ita noveritis est Dynastiae Yn Thronum assequi.

Wou ouang habuit 4 probos consiliarios

672. quia Wou ouang praeclaris quatuor illorum Sapientum (Hou chou jam erat mortuus) documentis morem gessit; idcò Thronum consecutus est. Princeps si Wou ouang Severam pro Cœlo vindictam sumere volens, hostes suos penitus prostigaverit ac exinxerit, hoc debebat quatuor illis administris qui allaboraverunt ut undique efflorveret Principis Wou ouang populos suos protegentis regimen, illius que virtutes summis extulerunt praeconiis.

Tchou Kiung petit a chao Kiung auxilium in regno administrando

673. nunc ego homuncio 王 Wan, cum Princeps noster sit juvenis et in regimine nondum expertus, in illis difficilibus imperii circumstantiis versor non sciens ac qui vellet magnum flumen transnatare, nec potest nisi adsit illi ulterius auxilium. ut ergo possim ulteriùs

progredi, tu Chi, debes unà mecum regiminis difficultatum flumen progredi. Princeps noster quia juvenis, non scit ac si non insiderit solio. ut igitur sinas ut ego solus illud gravissimum onus suscipiam. nisi enim quæ mihi desunt vires supplevimus deerunt illæ virtutes quas experientia senilis in imperio florere facit, et ita non audiemus avis (scilicet 鳳 凰 feng hoang centum): a sortiori quopactò possemus penetrare cœlum et specialem illius favorem impetrare.

Tchou kung rogat chao kung ut secum habeat populorum felicitatem.

674. Tchou kung inquit. in hoc O Sapiens oculos conjice. si unà cum imperii throno nullis circumscriptam limitibus felicitatem sumus consecuti: nonnisi cum magnis laboribus ac difficultatibus. suadeo tibi, o Sapiens, ut consilia quæ capies non tendant nisi ad conservandam illam felicitatem, et abjicias illud indignum tui quod habes privatè vivendi consilium. in hoc porrò animus est mihi non tantum præsentis temporis, sed etiam nepotum nostrorum turbas præcavendi.

Vou ouang moriturus, jussit ut chao kung principi successori a consiliis adesset.

675. Tchou kung inquit. præcessor princeps noster vou ouang jam jam moriturus ultimas voluntates suas declaravit et committendo tibi munus 三 公 (san kung) constituit te populorum exemplar et normam dicens. tu perspicaci sagacitate vires exeras. fideliter adsis principi. supremum illud mandatum revereris igitur ac tibi adimplendum suscipe. principis vou ouang virtutem animo cogites et magnâ nullisque limitibus circumscriptâ erga imperium misericordiâ induere te.

Vou ouang inculcat ruinam Dynastiæ yn omnibus esse defuturo pro bonum administrorum.

676. Tchou kung inquit. O Sapiens Chi! quæcumque tibi dixi vera sunt ac solida. O Chao Chi! illis igitur, tu religiosè attendas. tu in iis tanquam in speculo inspicias uncinam ortæ fuerint illæ turbæ magnæ quæ causaverunt Dynastiæ yn ruinam et consequenter de præcavendâ Cœli erga nos severitate cogites.

Bonum imperii regimen pendet a Chao kung et Tchou kung.

677. quia ego aliis non innitor nec audeo confidere, ideo te ita commoneo et dico. imperii perfectum regimen pendet a nobis duobus: tu etiam in hoc assentiaris mihi et dicas quod omnia in imperio a nobis ambobus pendeant. nunc Cœlum est

propitium. cavendum est ne nos illo favore indignos reddamus. reverenter igitur adimpleas pium hoc Principem adjuvandi munus. quando excitaveris et ad munia evexeris illos qui inter plebem nostram praestant, tunc florente jam imperio, munus tuum nepotibus tuis cedere poteris

igitur ambo debent vires exercere ad consequendum bonum regimen

678. O Sapiens,[1] fideliter adjuvando Principem nostrum, nos ambo ita respondeamus illis quibus nunc Caelum cumulat nos favoribus. viribus unitis strenuè enitamur continuare et imitari egregia Principis ouen ouang facinora. praesidio tutemur ipsosmet longinquos in quibus trans maria sol oritur terrae tractus. tunc nullus erit qui non veniat ad obsequium.

tum Caelo quam populis acceptum erit si chao kung remaneat.

679. Tcheou kung inquit. O Sapiens, haec omnia quae do tibi monita, nonne sunt rationi conformia?[2] in iis sanè sollicitus sum, tum de Caelo, ut illius mandata impleantur, tum de populo ut illius miseriis praecaveatur.

in initio novae regiae facilius est populos ad bonum dirigere.

680. demùm Tcheou kung concludit. O Sapiens, igitur incumbas penitùs dignoscendae populorum indoli. nunc illi fervent. nihil est quod non possint in hisce initiis: sed cogita de fine, et illorum inconstantiae prospicias. in hoc adimplendo relligiosè incumbas et accingas te ad imperii negotia strenue ac diligenter administranda.

a. 保衡 pao heng est ille 伊尹 y yn qui ut jam vidimus (230 . . .) floruit sub Principibus Tching Tang et Tay kia sub quo habuit munus pao heng.

b. 伊陟 y tche filius magnatis y yn. floruit circa annum ante Ch. 1620

c. 臣扈 tchen hou collega Ministri y tche.

d. 巫咸 vou hien florebat tempore imperatoris 太戊 tay ou circa annum ante Ch. 1620. habetur etiam nùm illius Catalogus stellarum quae tunc temporis erant visibiles.

e. 巫賢 vou hien filius erat alterius 巫咸 vou hien

f. 甘盤 kan pan. fuit magister imperatoris 高宗 kao tsung sive 武丁 vou ting de quo in capite yue ming (346)

g. 格于上帝。格于皇天. jam vidimus suprà (I, f,) quod iste character 格 et
ke yu chang ty ke yu hoang tien ke
voce tartarica illi respondens significant penetrare, cognoscere. hinc philosophia
vocatur 格物 rerum cognitio, intelligentia. videtur itaque quod quando dicitur illos
ke vouo
ministros penetrasse supremum Cælum, sensus sit, illos penitùs cognovisse et adimplevisse legis æternæ
in hominum singulorum cordibus insitæ obligationes. interpretes aiunt indifferenter usurpari has voces
chang ty, hoang tien, hoang ty. scilicet Cælum ubique diffusum quatenùs cooperit nos vocatur hoang
tien, quatenùs invigilat hominum et rerum conservationi, vocatur Hoang ty vel Chang ty: sed
inquiunt, varii illi modi, unum eumdemque supremum Dominum significant.

h. 故殷禮陟配天. Character pei, propriè significat æquare: sed hîc non habet
kou in ly tche pei tien
eum sensum. scilicet fit allusio ad cæremoniam quæ fiebat ad honorandos majores postquam
facta fuerat Ceremonia ad honorandum Cælum. illa Ceremonia ad honorandos majores vocabatur
pei, non ideo quod adæquaret Ceremoniam erga Cælum, utriusque enim ritus erant maximè
diversi: sed quia illam sequebatur immediatè et supponebat majorum animas esse in Cælo.
Sæpissimè in aliis libri chou king locis, dicitur de iis qui virtutem egregiè excolebant illos
配天 quod profecto non significat illos esse similes Cælo; sed duntaxat repræsentat illos
pei tien
tamquam obsequentes Cælo et conformes cum Cæli voluntate, in eodem sensu quo nos sæpissimè
dicimus. præsentis itaque textûs sensus est sex illos sapientes qui consiliis suis adjuvaverunt
Dynastiæ yn Principes, effecisse ut illi se præstarent dignos sacrificandi Cælo, quod idem
est ac solio insidere: siquidem imperator solus jus habebat sacrificandi Cælo. Præterea imperatores
post mortem suam habebant partem in actibus relligionis quotiescumque illi exercebantur
erga Cælum: ideo dicitur de illis 配天
pei tien

i. 寔 plenum, scilicet probis viris. Mencius inquit. quando in regno desunt administri
che
probi, tunc regnum est vacuum.

k. 虢叔 regni administer sub Principe ouen ouang cujus erat frater natu minor.
hou chou

l. 鳴鳥不聞. non audietur avis cantus. hîc agitur de ave fung hoang de quâ (11, f)
min niao pou ouen

Caput 17.um

蔡仲之命

Tsay Tchung Tchi Ming.

inauguratio Principis Tchung in regulatu Tsay

quo pacto Tcheou kung punit tres fratres suos qui turbas excitabant in ditionibus quas illis commiserat.

681 tempore quo Tcheou kung gerebat munus 冢宰 (tchung tsay) et pro imperatore adhuc juvene imperii negotia administrabat, omnes ipsius fratres qui ditionum variarum constituti fuerant reguli, invidiosè varios inter plebem contra Tcheou kung sparserunt rumores. Tcheou kung illis remedium allaturus, in ditione 商 (chang) mactavit 管叔 (kuan chou). inclusit 蔡叔 (tsay chou) in regione 郭鄰 (kouo lin), et permisit illi septem duntaxat currus. 霍叔 (ho chou) vero per tres annos reditibus suis privatum, privatam vitam degere jussit. quia reguli 蔡叔 (tsay chou) filius 蔡仲 (tsay tchung) virtuti strenuè operam dabat; Tcheou kung commisit illi munus 卿士 (king che). patre vero Tsay chou mortuo, Tcheou kung ex Principis mandato tsay chou filium Tsay tchung praefecit regulum regni Tsay dicens.

constituit Tsay tchung regulum regni Tsay.

682. ita inquit Princeps. tu juvenis 胡 (hou), quia virtutem consectaris et patris tui vestigiis non insistens, egregiè probi viri partes adimples: ideo te praeficio Occidentalis terrae regulum 侯 (heou). eas igitur et ditionem quam tibi committo relligioso zelo regas.

laudat illius virtutes.

683. tuâ ergà Principem fidelitate, ergà parentes pietate, praedecessoris patris tui culpas deles ac reparas. tu in temetipso desumpsisti unde te subduceres ex pravâ illâ quae tibi a tuo patre trita fuerat viâ. tuo laboris indefessi amore, tuâque vigilantiâ potes in exemplum proponi tuis nepotibus: scilicet avi tui ouen ouang praeclara virtutum documenta amplecteris, nec imitaris patris tui rebellionem Principis mandatis.

Caelum praemiat ipsius virtutem.

684. Supremi Caeli amor non est qualis consanguineorum. hos duntaxat qui virtute praediti sunt protegit et adjuvat. populi cor est inconstans. amore complectitur

illos duntaxat a quibus accipit beneficia. bona quae fieri possunt, quamquam varia sint, singula tamen in eo conveniunt ut tendant ad bonum regimen. item diversa sunt quae fieri possunt mala: singula tamen in eo conveniunt ut tendant ad turbas et pravum regimen. hoc est certè tibi quam maximè cavendum.

Semper proponat sibi bonum finem

685. Si initiis attendens ac vigilans, finem semper prae oculis habeas, finis certè nullis obnoxius erit calamitatibus. Si vero prae oculis non habeas finem, finis erit calamitatibus ac miseriis obnoxius.

686. in accumulandis meritis exere vires, pacem et concordiam fove inter eos qui tibi a quatuor partibus vicini sunt populos. familiam regiam tuearis ac protegas, cum aliis regulis quasi cum fratribus sis unitus, regimine tuo procures plebeculae felicem commodamque vitam.

687. amplectaris innatum et in cordibus nostris insitum illud medium in quo consistit vera virtus. ne ingenii acuti specimen exhibendi causâ sapientes majorum nostrorum evertas leges. invigiles et attendas in iis quae vides et audis. ne pravis abductus sermonibus vitiis ac immutes quae in te indita sunt rationis dictamina, et ita mihi gratiosus et acceptus evades.

688. demum Princeps suspirans inquit. O filiole Hou, eas ad regnum quod tibi committo. quaecumque ego praescripsi tibi, ne parvi facias aut ab illis recedas.

a 胡 nomen parvum reguli Tsay Tchung.
hou

b 郭鄰 dicunt interpretes esse locum extra regni confinia: nescio ubi sit
kouo lin

c 以車七乘 reliquit illi septem currus. numerus curruum qui permittebantur
y tche tsi tching

Dynastis varius erat pro variâ Dynastarum dignitate. Tcheou kung non omninò privat Ho Chou dignitate suâ: sed minuit ejus jura.

Caput 18um

多方

To fang

ad quascumque Gentes.

Tcheou Kung secundo supremæ suæ administrationis anno ad obsequium reduxerat regnum 奄 (yen) unà cum quatuor aliis regnis rebellibus 管 (Koan), 蔡 (tsay), 霍 (ho), 殷 (ïn), supremâ administratione Tcheou Kung finitâ, quando Princeps ipsemet imperii clavum tenebat, regnum yen rursus rebellavit: ideò Tching ouang ipsemet ivit ad rebelles subjugandos, et juxtà hujus capitis præfationem, regni yen regulum debellatum inclusit in loco ubi nunc est 青州府博興縣蒲姑城 (tsing tcheou fou po hing hien po kou tching) in 山東 (chan tung)

Capitis præsentis materia est edictum quod Princeps Tching ouang promulgavit, tum cæteris imperii populis, tum præcipuè populis quatuor regnorum Koan, Tsay, Ho, yn, postquam à pugnâ contrà regulum yen reduxit fuit ad regiam. caput desumit nomen to fang a duobus illis characteribus qui reperiuntur in textu.

689 Lunâ quintâ, die 丁亥 (a tsing hay), Princeps e regno 奄 (yen) redivit cum copiis suis ad regiam suam 宗周 (tsung tcheou)

revocat illis in mentem, veniæ quam illis concessit beneficium.

690. Tributariis Principibus qui illuc gratulabundi convenerant, Principis edictum promulgaturus Tcheou Kung, ita illos alloquitur. Princeps inquit. O vos quatuor regnorum et cæteri omnium nationum populi, commoneo. iis quos vestri regni yn Princeps gubernabat populis, quamquam rebellis regni yen partes amplexi fuerint, et ideò morte facti fuerint digni, nihilominùs ex magnâ misericordiâ vitam largitus sum. nullus ex vobis non agnoscat tantum beneficium, ac illiùs memorem se non præstet.

illorum irreligio fuit illorum ruinæ causa.

691. quænam porro fuit illorum ruinæ causa? Scilicet illi consilia Cæli aut aciùs scrutantes, brevi obliti sunt sacrificia cæteraque suæ erga illud venerationis specimina exhibere.

calamitates quibus Cælum visitavit hia kie, illum non emendarunt.

692. Supremus Dominus Dynastiam 夏 (hia), scilicet Dynastiæ Hia Principem 桀 (kie) calamitatibus emendare tentavit. Sed Hia kie supra modum voluptatibus indulgens, nequidem

unum consolationis verbum populorum miseriis sublevandis adhibere dignatus est: immò obscoenarum voluptatum cœno profundè immersus, ad finem usquè nullatenus usus est mediis quæ supremus Dominus ad illum emendandum adhibebat: hoc omnes jam dudum audivistis

ipsius scelera illi et imperio ruinam accersiverunt.

693. ille supremi Domini decreta scrutans audaciùs, induriâ sceleribusque suis præclusit populis omne vitam sustentandi medium: ideò Cœlum graves exegit pœnas a Dynastia Hia et permisit illam agitari turbis. turbæ porro illæ quibus imperium totum agitatum est, a domesticis et in ipsâmet familiâ regiâ ortis turbis originem duxerunt. non valuit illa populos ad bonum dirigere. quos virtus veneratione dignos præstabat, non evexit nec promovit. populorum commodis et utilitati non prospexit. de die in diem cumulabat honoribus illos qui ex populo Hia gulæ, rixis, aliisque sceleribus erant magis dediti. indè totiùs regni Hia depopulatæ urbes et vastatæ habitationes

Cœlum principi hia tuè substituit tching tang.

694. Cœlum itaque populis Dominum seligere volens, unà cum solio, insignia quæcumque beneficia congessit in principem Tching Tang, et contrà Dynastiam Hia, funditùs illam evertendo severè sævivit.

dynastiæ hia præfecti populum vexabant: ideo fuerunt Cœlo odiosi.

695. undenam porrò Cœlum ab illâ Dynastiâ Hia fuit adeò alienum? scilicet qui inter vos variarum gentium populos probitate suâ præ aliis conspicui erant, reditus amplos ac magistratus numquàm potuerunt adipisci. e contrà quotquot ad honores evehebat et in dignitatibus constituebat Dynastia Hia, illi omnes in regendis populis hebetes et cæci, non valebant illis pacem et abundantiam assecurare: sed e contra quasi mutuâ æmulatione ità vexabat populum, ut nulla esset conditio in quâ non præclusa forent quælibet vitam vivendi media.

quem populi exoptabant tching tang, hunc illis largitum est Cœlum.

696 quem vos ipsimet universi populi elegeratis Tching Tang, hunc etiam elegit Cœlum, et in loco principum Dynastiæ Hia constituit populorum dominum.

Tching tang sibi devicit populorum corda

697. hic porrò suâ in prospiciendo populorum vitæ et conservationi vigilantiâ populorum vigilantiam et conatus accendere enixus est: populi vero illis invitationibus

obsequentes, vigilantiam et conatus suos certatim adhibuerunt.

primorum dynastiae hia Principum in excolendâ virtute Ielus et in suppliciis infligendis circumspectio.

698. porrò non tantùm Princeps Tching Fang, sed illiùs successorum usque ad 帝乙 nullus fuit qui suo in excolendâ virtute Ielo et suâ in suppliciis adhibendis circumspectione, populos ad bonum non accenderet et extimularet.

699. quandò gravissimis pœnis vel morte plectebant gravissimâ culpâ reos et veniâ indignos, ita pœnarum quas exposcebant æquitate ac severitate populos deterrebant a malo et ad virtutem accendebant. quandò verò innocentes vel qui veniâ digni erant eximebant a pœnis, ita sibi devinciebant animos populorum, illosque ad virtutem accendebant.

Princeps Cheou imperio regendo fuit impar.

700. qui verò hâc nostrâ ætate successit illis Princeps vester Cheou, abusus est supremâ authoritate quæ illi a Cælo collata fuerat ad regendos vos omnes populos.

Cælum invitò et quasi coactum extinxit utramque Dynastiam hia et yn.

701. eheu! inquit adhuc Princeps, jubens ut ego commoneam vos totiùs imperii quoscumque populos. nonnisi invitò Cælum extinxit Dynastiam Hia. nonnisi invitò Cælum extinxit Dynastiam yn.

tum Princeps, tum populus yn erant exleges et impii.

702. scilicet vester Princeps, vosque varii illiùs populi ultrà modum omnem cupiditatibus laxavistis frænum, decreta Cæli audaciùs scrutati fuistis et in blasphemias et impia verba prorupistis.

Dynastia Hia etiam se imperio indignam reddidit.

703. in iis quæ Dynastia Hia circà imperii regimen moliebatur, non accumulavit undè posset conservare imperium: ideo Cælum funditùs illam extinxit et imperium in alienas manus tradidit.

Dynastiæ Chang Princeps, vitiis quibus erat deditus, Dynastiæ suæ ruinam causavit.

704. vestræ vero Dynastiæ Chang Princeps ultimus Cheou, non anhelabat nisi ad voluptates et otium. quæcumque pro imperii regimine moliebatur non erant pura nec tendebant ad bonum: ideò Cælum Dynastiam vestram ità extinxit et quasi sepelivit.

abusus est tempore quod Cælum illi dabat ad se emendandum.

705. qui sanctus est, si non recogitet, fiet pravus. qui pravus est, si recogitet fiet sanctus. Cælum quinque annos nexuit moras donec ad se rediret a probitate conspicuorum majorum dissimilis nepos et fieret dignus populorum Dominus. sed ille nihil egit undè Cælum de illo cogitaret vel illum exaudiret.

in Dynastia chang nullus reperitur et solio dignus.

106. Cælum itaque alium qui praesset vobis universis populis quaesivit Dominum magnâ in vos excursit irâ, et vos vocavit jam jam periturum esse Dynastiam tyn, et loco principis Cheou quaesivit alium qui Cæli favore dignus foret: nullum porrò inter vos omnes populos illo Cæli favore dignum reperit.

Dum tascat Dynastiae Tchou cum ouang et vou ouang pohvant dignè erant imperio.

107. Dum tascat nostræ Dynastiæ Tchou principes ouen ouang et vou ouang pohvant cum felici successu populorum multitudinis curam suscipere. Dum tascat illi pohvant in virtutis viâ vos dirigere. Dum tascat illi Spiritualis Cæli viæ pohvant gerere. Cælum itaque ad nos vocandum ac in bono dirigendum jussit illos succurrere Dynastiæ tyn Hvono et vestrum omnium populorum curam suscipere.

108. jam verò ad quid opus esset ut vos pluribus commonerem? magnum illud beneficium quo vobis quatuor regnorum populis vitam largitus sum, sufficit sane ad vos adducendos ad meliorem frugem.

hortatur illos ut sese toto animo devoveant familiæ Tchou.

109. quare igitur non vivitis in pace et fiduciâ in regionibus vestris. quare non enitimini adjuvare actueri in gubernio suo nostræ Dynastiæ Tchou principem, ut ille possit sibi à Cælo collatum imperium conservare. nunc datum est vobis habitare in habitationibus vestris et excolere agros vestros unde rebellio vestra deluisset vos expellere: quare ergo vestro erga principem obsequio non efficitis ut efferat imperium illi a Cælo collatum.

non subjicendo se sibimet ipsis novent.

110. quare e contra vos ipsimet vestram turbatis pacem. hoc est certè vos non amare vosmet ipsos. quare Cæli decretis non omnimodè acquiescitis: immo procacibus, protervisque verbis illa Cæli decreta impetitis. agitis quæ non decent et rationi sunt opposita et nihilominus volletis videri fidles et probi.

adhuc revocat illos in mentem quandò cum benignitate illos tractarunt et addit se unicè illorum tranquillitati consulere.

111. ego ad vos emendandos monitis duntaxat ac documentis, non autem severitate sum usus. si autem usus sum armis, nonnisi ad puniendos qui capitalis panâ reorum erant quasi capita et duces. duabus, immo et tribus vicibus ità vobiscum mansuete ac benignè me gessi: sed si denuo inter vos aliqui sunt qui magno quod concessi vobis vitæ

beneficio abuterentur, illos sanè absque misericordiâ severè puniam et capite plectam. non est porrò quod ego sub praetextu Dynastiae Tcheou virtutem ostentandi, vestram pacem vestramque tranquillitatem turbare velim: nolo vos molestare, nisi quatenùs peccatis vestris vobismet ipsis poenam accersetis.

hortatur praecipuè Dynastiae yn praefectos ut concurrant ad bonum gubernium.

712. Princeps pergit: eheu! commoneo vos variorum regnorum, sed praecipue regni yn quoscumque praefectos. jam sunt quinque anni a quibus in variis laboribus et aerumnis probati et exercitati, subditi estis iis quibus ego populorum curam commisi.

713. praeterea populus yn habet privatos et a semet ipso constitutos praefectos, quales 胥伯, et caeteros cujuslibet ordinis, sive magnos 正 sive parvos 正. nullus porrò est vestrûm horumce omnium praefectorum; qui non debeat in gerendis negotiis et pace conciliandâ vires suas omnes exerere.

Si vigeat inter illos concordia, feliciter vires exerent pro gubernio.

714. Si pace non fruamini, hoc est vestra culpa: igitur paci consequendae allaborate. Si vestrae familiae non fruantur pace, non nisi quia vos ipsimet pace non fruimini: igitur paci consequendae allaborate. quando autem florebit pax tum inter vos, tum in vestris familiis: tunc etiam florebit illa in habitationibus vestris; et ità cum successu poteritis in imperii negotiis gerendis vires vestras penitùs impendere.

adhibeant pro bonum consilia.

715. ne igitur deterreat vos prava indoles populorum qui vobis ad bonum sunt dirigendi. quisque vestrum sit sui compos et conservet illam quae in suo gradu decet majestatem. Seligite in habitationibus vestris probos qui consiliis et sapientiâ suâ adjuvare vos possint viros.

promittit illis prima imperii munera si bene se gesserint.

716. Si juxtà haec quae ego vobis praecipio vos gesseritis in istâ novâ regiâ 洛邑, et in excolendis vestris agris vires vestras omninò impenderitis; Caelum proteget vos et vestri miserebitur. ego Tcheou quantùm potero adjuvabo vos et praemiis juxtà vestra merita afficiam. jam vos ego elegi et in ipsomet palatio meo vobis officia contuli. Si negotiis gerendis vos habiles praestiteritis, reponam vos inter primi ordinis praefectos.

minatur si non sint dociles.

717. Princeps pergit. O vos quicumque praefecti, nisi vos invicem ad bonum adhortemini,

et iis quae praecepi vos praestetis dociles, ac desitis vestrae erga illos qui vobis praepositi sunt obligationi: tunc populus exemplum vestrum imitatus, dicet etiam non esse praepositis suis obediendum. Si voluptatibus mancipati, si vitiorum caeno immersi, graviter infringeritis vestri Principis mandata, tunc sanè in vos vestrasque regiones iram Caeli accersetis: ego verò ut sumam de vobis quam Caelum exigit vindictam, expellam vos et exculam longè a vestris terris.

718. pergit Princeps. ad quid ultrà vos cohortarer. duntaxat volui commonere vos et excitare ad reverentiam et obsequium Caeli mandatis.

719. inquit adhuc. igitur pravis quae hùc usquè vos infecerunt consuetudinibus abdicatis, hodie sit quasi vestrae novae ac melioris vitae initium. quod si Princeps iis quae de concordiâ et obsequio sum inculcatus, non obsecuti fueritis cum omni relligione et diligentiâ et proindè poenas luatis, ne contrà me irasci, vel culpam in me rejicere audeatis.

a. 五月丁亥 ou yue ting hay. 5ª Lunâ die ting hay. cum ista Luna quinta nullis aliis characteribus designetur, nisi Characteribus uniûs diei cyclicis, non dicendo quotus ille sit Lunae, difficile est determinare quonam antè Ch. anno evenerit ista Principis Tching ouang contrà regnum yen secunda expeditio. historia Tung kien kang mou reponit illam ad an: ante Ch. IIII: sed illo anno dies ting hay non fuit in 5ª Lunâ Calendarii Tcheou: proindeque non convenit huic anno. praeterea jam suprà probavimus annum Iª Principis vou ouang, sive annum quo conscendit imperii solium profligatâ Dynastiâ chang, rectè reponi ad annum ante C. IIII. ergo expeditio Principis Tching ouang qui fuit vou ouang successor, propior est aerae Christianae: quo tamen evenerit anno, nondum ausim affirmare.

6. 天惟五年 tien oei ou nien Caelum quinque annos.... moras nescuit. interpretes non consentiunt circa illos quinque annos. aliqui dicunt mortuo Principe ouen ouang, Principem vou ouang ejus in regno Tcheou successorem et filium, post triennalem patris luctum impendisse tres annos in profligandâ penitus Dynastiâ chang, et illos quinque annos esse tempus quod a caelo datum dicitur Dynastiae chang, ut poeniteret ac veniam impetrare posset. interpres ge ki refutat hanc interpretationem cui substituit aliam quae etiam ab aliis refutatur: nihil igitur certi circa illos quinque annos.

c. 惟我周王 Kung ngan Koue, Kung in ta et alii plures interpretes contendunt hic agi de
oei ngo tcheou ouang
ouen ouang, quem dicunt novem antè obitum annos censendum fuisse imperii Dominum, quamquam Dynastia Chang non fuerit penitùs profligata nisi sub ejus successore et filio vou ouang. vide (422, p)

d 惟典神天 duntaxat illi poterant in virtutis viâ vos dirigere. alii interpretes vertunt,
oei tien chin tien.
duntaxat illi poterant praeesse ritibus relligionis ergà Spiritus et Caelum. Sed nostrae interpretationi favent ge kiang, Tchang ko lao et versio Tartarica [illegible] : quae verba profectò
entouri abka pe alitsi ombi
significant, poterant excipere Spirituale Caelum, id est Spiritualis Caeli vices supplere.

e 臣我監 subjecti iis qui a me sunt praepositi. illi kien sive praepositi erant praefecti
tchen ngo kien
ex Dynastiâ Tcheou, qui invigilabant suprà populi yn praefectos.

f. 胥, 伯, 正, praefecti inter populum yn electi, supra quos invigilabant Dynastiae
su pe tching
Tcheou praefecti dicti kien. Tching ouang ad addendum animos populo yn et illius fidelitatem probandam permittebat illis seligere sibi praefectos qui tamen subditi erant majoribus Dynastiae Tcheou praefectis: et insuper promittit populo yn quod si bene se gesserit, seliget inter illos qui gerant primos imperii Magistratus.

Caput 19um.

立政

Ly Tching.

Erectio Magistratuum.

in praesenti capite Tcheou Kung recens inauguratum Dynastiae Tcheou principem Tching ouang commonet de necessitate constituendi in magistratibus primariis viros probitate suâ conspicuos, quia si primarii magnates sint viri probi, illi quorum est magistratus inferiores proponere, non seligent nisi viros probos, ac proindè regimen florebit in imperio.

Tcheou Kung exponit quanti momenti sint magistratus.

720. Tcheou Kung ita alloquitur Magnates quos deducebat ad obsequium praestandum principi Tching ouang. manibus demissis et capite reverenter inclinato principem qui Caeli filii dignitati successit admoneamus et omnes ad illum a malo deterrendum

ita alloquamur. qui Principi ad Sinistram et dexteram assistunt magnates, alii invigilant populorum directioni et vocantur 常伯 (a) (tchang pe). alii invigilant imperii negotiis, et vocantur 常任 (tchang jin). alii quales 有司 (yeou sse) invigilant legum observationi, et dicuntur 準人 (tchun jin). alii Principis vestes et utensilia curant et vocantur 綴衣 (tchoue y). alii curant Principis arma et vocantur 虎賁 (hou pen). Tcheou kung exclamans pergit. O quam praeclara sunt illa munera! quam pauci sciunt sollicitos esse de illis adimplendis! quantâ igitur curâ seligendi sunt qui illa gerere debent.

quandiu Dynastiae hia Principes solliciti fuerunt de evehendis ad munera probis viris, tamdiu floruit imperium.

721. quomodo se gerebant antiquitatis viri et maximè Dynastiae Hia primus Princeps Ta yu, quandò affatim omnia suppetebant in imperio. scilicet qui advocabantur aut evehebantur ad munera, insignes erant sive suâ fortitudine, sive suâ ergà supremum dominum relligione. exercitati erant ac fideles in colendis novem (b) virtutibus. audebant illi Principem suum ità commonere et edocere. manibus demissis et capite reverenter inclinato ita consulimus tibi, o Princeps. evehantur 事 (c) (che) id est, qui pollent habilitate in negotiis gerendis, conferas illis munus 常任 (tchang jin). evehantur 牧 (mou), id est qui populorum necessitatibus subvenire sciunt, constituas illos in munere 常伯 (tchang pe). evehantur 準 (tchun) id est qui legum observantiae invigilandi talentum habent, constituas illos in munere 準人 (tchun jin); tunc eris verè populorum Princeps. qui vero vultu ementito virtutem simulant, si tales eligas et in magistratibus constituas; in tribus supradictis magistratibus, deerunt sanè viri probi.

Dynastia hia periit quia illius Dynastiae ultimus Princeps kie non invigilabat seligendis magistratibus.

722. Sed Principis 桀 (kie) virtus defecit. in muneribus conferendis non imitatus est majores suos: duntaxat illa conferebat pravae et perversae indolis hominibus: ideò extincta est ipsius Dynastia nec habuit posteros.

Dynastiae chang fundator Tching tang sollicitus erat de constituendis in magistratu probis viris: ideo tunc imperium florebat.

723. Dynastiae 商 (chang) Princeps 成湯 (tching tang) ab illo tempore quo e reguli dignitate evectus est ad solium, aeternam supremi Domini legem ubicumque in imperio florere (d) fecit. quos ille ad tres supradictos magistratus evexit, gerendo muneri suo erant omnino pares.

vocabat illos tres virtute insignes, et ipsa illi sese virtutis excolendae zelo praestabant insignes. de supremâ lege observandâ indesinenter solliciti, justa illam dirigebat se in constituendis tribus Magistratuum et discernendis tribus virtute insignium speciebus. indè fiebat ut omnes qui excolebant Dynastiae Chang habitationes, incamberent pacis et concordiae in illis habitationibus fovendae. qui dispersi erant in quatuor imperii partibus, sibi proponebant pro suâ morum regulâ virtutem ad quam unicè anhelabant.

quia Chang ouang Tchou non excolebat ad magistratus nisi probos, ideo Deum ob illo et a sua familia abstulit, imperium nobis qui illud contulit.

724. sed ehen! Shinajpis 紂 indoles ferox, in supplicijs infligendis nonnisi
tchrou
crudelitatem anhelabat, et suum imperium regebat unâ cum viris crudeli et ferocâ indole praeditis. nonnisi turpibus assuetis, gerebat negotia unâ cum viris quorum indoles erat omninò voluptatibus vendita: ideo Supremus Dominus severè in illum animadvertit, et committens nobis illas quibus Dynastia 夏 praerat regiones, eodem quo olim Dynastiam
hia
商 eversera decreto, jussit familiam nostram 周 populorum universorum curam suscipere.
chang tchrou

Sapientes Principes Tchou ouen ouang et vou ouang in dignoscendâ magistratuum indole et virtutem eorum excolendorum studebant.

725. jam vero nostrae Dynastiae Tchou Principes ouen ouang et vou ouang illorum quos ad tres magistratus supradictos exercerant corda valebant probè dignoscere. Scirebant discernere illorum qui digni sunt ut evehantur ad illos magistratus triplicis speciei indolem et talenta, sive ad colendum religiosè Supremum Dominum, sive ad seligendos qui plebem curam suscipierent magistratus inferiores 常伯.
tchang pe

Distinctio magistratuum et eorum qui invigilabant imperii negotiis.

726. ii ad quos regiminis cura altinebat, erant Magistratus 任人, 準夫, et 牧, gerebant illi triplicis generis negotia: scilicet jin jin negotiis expediendis. tchun fou legum observationi, et mou populorum sustentationi invigilabant.

qui speculabant Principis personam.

727 ad propriam Principis personam speculantes praefecti erant 虎賁 qui armorum,
hou pen
綴衣 qui vasorum et vestium, 趣馬 qui equorum curam gerebant. qui minoribus
tchou y tsou ma
praefectis praerant vocabantur 小尹. qui regii currus dexteram et sinistram
siao yn
custodiebant erant 攜僕. praeterea erant varii 司 vestibus pellicis, variisque minoris
hy po sse
momenti rebus invigilantes et singuli 府 quales 内府. 大府 qui praerant palatii aerarii.
fou nei fou tay fou

qui populorum curam suscipiebant

728 qui variis habitationibus praeerant praefecti, alii erant majores dicti 大都 (ta tou) alii minores dicti 小伯 (siao pe). infrà illos erant quasi tabelliones, scribae et alii dicti 藝人 (y jin) et 表臣 (piao tchen), tum aerariis tum armis praeerant varii 司 (sse). praefecti 太史 (tay che) curabant in acta publica referri quae notatu erant digna. aliis praefectis 司 (sse) invigilabant praefecti 尹伯 (yn pe). nullus porro ex illis omnibus praefectis non erat virtute et probitate praeditus.

dynastarum praefecti

729. praeter illos, erant adhuc in regulorum ditionibus praefecti alii dicti 司徒 (sse tou) quibus incumbebat populos edocendi cura. alii dicti 司馬 (sse ma) quibus incumbebat cura negotiorum. alii 司空 (sse kung) qui rei agrariae et operibus publicis invigilabant. alii dicti 亞 (ya) quasi primariorum imperii praefectorum 六卿 (leou king) vicarii. alii dicti 旅 (lu) qui exequebantur eorumdem king mandata.

apud extera regna constituti praefecti

730. praeterea in exteris regnis 微 (oei), 盧 (lu), 烝 (tching), tribus 亳 (po) et 阪 (fan) praepositi erant praefecti 尹 (yn) quia scilicet in illis regionibus, utpote partim desertis, partim periculo plenis constitui non poterant reguli.

praefecti omnes quos constituebat ouen ouang erant boni.

731. quia porro ouen ouang perspicax erat in discernendis illorum quos ad munera evehebat animis, ideo illi quibus conferebat munera 常事 (tchang che), 司牧人 (sse mou jin), erant omnes virtute ac talentis praediti.

ideò ouen ouang relinquebat illis negotiorum curam.

732. indè fiebat ut ouen ouang non curaret per semetipsum sive de edictis quae erant promulganda, sive de litibus quae erant dirimendae, sive de aliis rebus quae erant discutiendae, sed tantùm inquirebat utrùm qui inter Magistratus 有司 (yeou sse) erant 牧夫 (mou fou) id est primarii Magistratus, servarent vel non servarent regulas in hisce negotiis praescriptas.

733. immo ouen ouang ut excitaret Magistratuum suorum diligentiam, videbatur quasi nihil scire de litibus aliisque rebus quae erant examine discutiendae. sufficiebat illi rebus hisce discutiendis praeposuisse tales quorum sagacitatem probe noverat.

vou ouang imitatus est patrem suum.

734 deinde ouen ouang praeclara facinora imitatus ipsius filius vou ouang, non recessit a consuetudine evehendi ad Magistratus aequitate ac virtute conspicuos

viros: ejusdem praedecessoris sagacitatem ac prudentiam imitatus, non adhibuit in consiliis suis nisi eminentis virtutis viros, et ita firmissimis imperium sibi commissum firmavit fundamentis

Tching ouang debet imitari illa suorum praedecessorum exempla.

735. O juvenis Princeps! ecce quaenam debent esse proposita tua. in regimine quod nunc incipio, enitar semper ut quos ad munera eveham, tum 立事 (ly che) ut negotia gerant, tum 準人 (tchun jin) ut legum observationi invigilent, tum 牧夫 (mou fou) ut populorum vitae et conservationi prospiciant, illorum indolem et affectus penitus dignoscam. non eveham nisi qui pro suo munere obeundo eminenti talento pollent, nisi qui populis quos a majoribus meis accepi subvenire possint, nisi qui litibus dirimendis et quibuscumque rebus quae maturo examine egent discutiendis sint apti. qui non essent tales, cavebo ne in magistratus intrudantur.

736. ad regendos mihi commissos populos, cogitabo de viris adeo probatae virtutis ut in nihilo, ne in uno quidem verbo reprehensione dignum aliquid gerant.

caveat Princeps deflectere ab illis documentis

737. pergit Tcheou kung. praeclara quae ego 旦 (tan) a majoribus nostris accepi, singula o juvenis Princeps tibi tradidi documenta. igitur esc tunc in posterum O tu Principis vou ouang illustris fili et Principis ouen ouang illustris nepos, cave ne deflectas ab iis quae te commonui de litibus dirimendis aliisque rebus examine discutiendis. scilicet invigiles ut ii ad quos illa negotia spectant, omnes proponant sibi bonum regimen.

Dynastiae chang primi Principes item et ouen ouang invigilabant bonis magistratibus constituendis.

738. qui primi Dynastiae Chang extiterunt Principes et Dynastiae Tcheou Princeps ouen ouang, ita illi magistratus suos constituebant, ut qui Magistratibus 立事 (li che), 準人 (tchun jin), 牧夫 (mou fou), praeficerentur, illi omnes muneribus suis obeundis forent pares; non secus ac qui filum deglomerat, ita illi sine ullâ interruptione dignos sibi invicem succedentes inserebant, et ita faustum induxerunt gubernium.

739. cum igitur in bono regimine vafri ac nebulones numquam usui fuerint,

Tching ouang emitatur arcent improbos a magistratibus.

et qui virtutem non amplectentur, numquam in totâ suâ vitâ honores consecuti fuerint; tu Princeps in posterum, ne vastos ac nebulones in regimine adhibeas. in hoc impende te totum, atque in imperii nostri regimine te adjuvabunt; omnes sint probitate suâ conspicui.

cavent ab erraudo in subditorum negotiis dirimendis.

740. O juvenis Princeps, illustris patris filii, illustris avi nepos, cavens maxime ne in discutiendis litibus; paenisque infligendis aberres a recto, ne ipse met sis judex: sed constitue dignos Magistratus 有司 et 牧夫
you sse mou fou

habent militares copias bene instructas.

741. Ubi sunt bene instructae militares copiae: tunc potes imitari immo et superare magni 禹 facinora. Ubi strnes viam imperium ampliandi per totum terrarum orbem, usque ad remotissimos maris angulos; nullus erit qui sese tibi spondere non subdat. avitui ouen ouang splendorem undique sparges et egregia patris tui vou ouang facinora continuabis.

Tchou tsung dirigit sermonem ad successorem dignas tuae tchou principis

742. O quotquot Principes imperii Throno succedetis Principes, in imperii regimine non adhibetis nisi viros constantis ac probatae virtutis.

jubet historicum publicum referat in acta publica exemplum aequitatis in litibus dirimendis quod sub vou ouang dictatis regulis sou sin ching.

743. Tchou tsung demum alloquens historicum publicum 大史 inquit.
tay chi

tempora Principis vou ouang 蘇公 qui gerebat munus 司寇 religiosâ
sou kung ssi kou

aequitate quae se gerebat in litibus dirimendis instigendisque suppliciis, imperii nostri decus et gloriam promovit. Tu Tay chi reserves illud exemplar in actis publicis: qui in illo imitando incumbet, non punietur nisi juxta leges et in paenis instigendis servabitur medium.

a 常伯 praefecti illi erant propriè plebis Magistratus: curam habebant alimenta suministrandi populis, et supra illos immediate invigilabant.
tchang pe

Nomina et obligationes Magistratuum saepe mutatae sunt in Sina: ideo facile non est illa absolute definire. in textu decursu explicui illos Magistratus juxta illud quod dicunt interpretes.

b 九德 interpretes aiunt hic agi de novem virtutibus de quibus in cap: Kao yao mo (62)
kieou te

c 宅乃事 illud chi juxta vim Linguae Sinicae significat non tantum Magistratum sic
tchay nay chi

dictum, sed etiam virum aptum illi Magistratui gerendo: ideo necesse fuit uti periphrasi ad explicandum tres illos Characteres.... idem dicendum de sequentibus.

d. 以敬事上帝 (y king che chang ly). ut relligiosè serviatur supremo Domino. tres Magistratus supradicti, tum praeerant relligionis ritibus, tum habebant curam seligendi ac evehendi populorum Magistratus. hic porrò notatu dignum est quantopere ouen ouang et vou ouang cordi habebant sive supremi Domini cultum, sive populorum utilitates et commoda.

e. 微, 盧, 烝 (ouei lou tching), tria regna de quorum duobus primis jam dictum est alibi (369, a). regnum vero Tching nunc est ignotum.

f. 三毫 (san po) aliqui dicunt hic agi de tribus po de quibus (208, b,) sed circa illas tres po nihil est multum certi.

g. 阪 (fan) aliqui dicunt esse nomen regni. fan proprie significat periculum. scilicet in illis variis regnis, utpote partim desertis partim periculosis non constituebantur reguli, sed tantum gubernatores

h. 蘇公 (sou kung). regulus regni sou, cujus nomen 忿生 (fen cheng). regnum sou situm erat ubi nunc est districtus 懷慶府溫縣 (hoay king fou ouen hien) in 河南 (ho nan)

Caput 20um

周官

Tcheou Koan

ad Praefectos Dynastiae Tcheou

in praesenti capite historicus refert monita quae Princeps Tching ouang dirigit ad varios imperii sui Praefectos, cum ab expeditione contra regnum yen reduxe fuit ad aulam.

Tching ouang pacato imperio reduxe ad aulam.

744. Dynastiae Tcheou Princeps Tching ouang, universos imperii sui populos pacaturus, lustravit regulorum 侯 (heou), 甸 (tien), aliorumque sex 服 (fou) ditiones, debellatisque quotquot in quatuor imperii partibus obsequium denegabant, ita populis universis conciliavit pacem. ex omnibus qui in sex 服 (fou) erant Dynastis, nullus fuit quem

Principis virtus non deviniceret. his peractis Princeps reduxe ad aulam suam Tsung Tcheou, sese totum in eo impendit ut imperii sui negotiorum curam gerentes Praefectos ad normam dirigeret.

bono regimine praecavendae sunt imperii turbae.

745. Princeps inquit. olim fuit ita florentibus imperii temporibus. Scilicet instituendo bonum regimen praecavebantur imperii turbae. praecavebantur imperii pericula illud muniendo ac tuendo.

antiquitus Praefecti erant pauci sed boni et selecti.

746. pergit Princeps. 唐堯 (tang yao) et 虜舜 (yu chun) juxta morem antiquum, nonnisi centum, id est paucos, erexerant Praefectos. intus erant 百揆 (pe kouei) et 四岳 (sse yo). foris erant 州牧 (tcheou mou) et 侯伯 (heou pe). tunc porro florebat regimen et universa imperii regna pace fruebantur. Sub Dynastiis 夏 (hia) et 商 (chang) auctus est Praefectorum numerus, et etiam tunc florebat regimen: Scilicet omnes qui hisce temporibus sapientiâ suâ florebant Principes, in muneribus conferendis non attendebant duntaxat ad Magistratuum numerum complendum, sed ad seligendos qui Praefecturâ digni forent viros.

Princeps vult imitari antiquitatis Principes.

747. jam verò ego homuncio, virtuti relligiosè ac diligenter incumbam, diù noctùque invigilans, quasi illi consequendae impar. in antiqua saecula conjiciens oculos, illorum heroes imitabor in edocendis ac dirigendis imperii mei Praefectis.

San kung, tres universales.

748. qui obeunt munera 太師 (tay che), 太傅 (tay fou), 太保 (tay pao), illi vocantur 三公 (san kung), tres universales, quia scilicet publicae non vero privatae utilitati consulere debent. illorum est populos edocere, per totum imperium legem supremam disseminare, et inter duo rerum omnium principia 陰陽 (yn yang) concordiam fovere illa dirigendo. qui trium illorum kung munus gerunt, non necesse est ut sint tres magnates huic duntaxat muneri invigilantes. Sed conferentur illa munera iis qui inter alios Magistratus magis ad illa apti videbuntur. (vel, trium illorum Magistratuum meritum, Magistratuum aliorum merito non debet comparari sed multò superius esse: tunc erunt tales quales exiguntur ad illa munera obeunda.

San hou tres singulares.

749. qui obeunt munera 少師 d, 少傅, 少保, vocantur 三孤 tres singulares.
chao che chao fou chao pao San hou

sunt quasi trium 公 assessores. adjuvant illos in populis immutandis et ad bonum
Kung

dirigendis. in religiosè illustrando Cœlum et terram, scilicet invigilando ut florat
lese a Cœlo in omnium hominum cordibus insita, et ita proindè me homenaionem
etiam adjuvant.

Ou kou kung pu. Præfectus Cœli

750. qui obit munus 冢宰 f alitè 天官 Præfectus Cœli, imperii gubernio
tchung tsay tien Koan

invigilat, ac præest reliquis omnibus inferioribus Præfectis, quos nonnisi quando
digni sunt vocando, ita æquitatem fovet intra quatuor maria.

2du kung Præfectus terræ.

751. 司徒 g sive 地官 Præfectus terræ, curam habet de doctrinâ in imperio
sse tou ty Koan

propagandâ. illius est explicare quinque præcipua Societatis humanæ officia et
universorum populorum mores ad bonum dirigere.

3du kung Præfectus veris

752. 宗伯 h sive 春官 Præfectus veris, curam habet de imperii Ceremoniis,
tsung pe tchun Koan

præscribit quid decet ergà Spiritus ac defunctorum manes, et ita mutuum inter
suprema et infima fovet commercium.

4tu kung Præfectus æstatis

753. 司馬 i sive 夏官 Præfectus æstatis, curam habet de imperii militiâ, præest
sse ma hia Koan

sese imperii agminibus, et ita præsidio tutatur imperium.

5tu kung Præfectus autumni

754. 司寇 k sive 秋官 Præfectus autumni. curam habet in imperio de
sse Kou tsieou Koan

causis capitalibus. illius est inquirere de pravis perditisque moribus, et supplicijs
addicere illos qui turbas excitant vel aliquo modo in alios sæviunt.

6tu kung Præfectus hiemis.

755. 司空 l sive 冬官 Præfectus hiemis, curat imperii agros, illius est
sse kung tung Koan

prospicere quatuor Societatis humanæ conditionibus, scilicet litteratorum, agricolarum,
artificum, mercatorum, et efficere ut opportuno tempore percipiantur agrorum fructus,
scilicet invigilando ut illis cultura debita adhibeatur.

illorum sese tung obligati ons.

756. sese illi 卿 m ubpote imperii Magistratuum primi debent quisque justa suam
King

manus dirigere Præfectos sibi subditos, exemplar esse novem provinciarum

Gubernatoribus et ita inter populos universos virtutem et abundantiam fovere.

quandonam olim reguli se conferebant ad aulam et quandonam imperator visitabat imperium.

757. Florentibus imperii temporibus, mos vigebat ut intrà sex annos unâ vice quinque 服 (fou) scilicet 侯 (heou), 甸 (tien), 男 (nan), 采 (tsay), 衛 (ouei), se conferrent ad aulam obsequium praestaturi et rationem sui muneris reddituri. iterùm post sex annos Princeps statuto tempore ipsemet omnes regulorum suorum ditiones lustrabat, et intrà quatuor 岳 (yo) inquirebat sive de modo quo regimen administraretur, sive quinam ritus observarentur. porrò tunc temporis omnes reguli, quisque in locum sui yo destinatum conferebant se ad Principem qui juxtà merita vel demerita praemiabat vel puniebat unumquemque.

movet regulos quâ circumspectione debeant ferre leges.

758. Princeps exclamans inquit. O Dynastae qui vobis subditos habetis Praefectos, relligiosè munus vestrum obeatis, et maximè sitis circumspecti in legibus sanciendis. ità illas sanciatis ut observentur ac magni fiant, nec ullus sit vobis illas sancivisse poenitendi locus. privatae utilitatis obliti, publicae duntaxat consulatis, et ita populi amore sincero vos complectentur.

quomodo se gerere debeant erga sibi subditos Magistratus.

759. ne promoveantur ad Magistratus, nisi qui priùs antiquâ sapientum doctrinâ imbuti fuerint: si juxta illam deliberetur de imperii regimine negotiisque gerendis, jam nullus erit in gubernio errandi metus. igitur tum ratio, tum illae quae a majoribus sancitae sunt leges dirigant vos. ne doloso et procaci ore Praefectos vestros deridendo, illos a munere suo obeundo avertatis. qui animo suspensus est ac dubitat eo quod sit ignarus; ille consilii est incapax. inertiâ et incuriâ evanescit bonum regimen. qui ediscere negligit, non secùs est ac qui facie in parietem fixâ non potest ulterius progredi, et in gerendis negotiis sibi molestiam accersit.

adhortatur omnes quotquot authoritate pollent.

760. Credite mihi, O vos quotquot Magistratus geritis, sive 卿 (King), sive 士 (che) nonnisi voluntate sincerâ pertingetis meritorum apicem. nonnisi vires acriter exercendo egregia facinora patrare poteritis. nonnisi vestrâ in negotiis securè dirimendis habilitate, vitabitis molestias quae ignorantiam consequuntur.

in quibus virtutibus sese exercere debent.

761. in dignitate in quâ estis constituti, ne superbiam et fastum affectetis. ne in usu reditium vestrorum inanes nimiosque sumptus faciatis. virtutes vestrae sint modestia et temperantia. nihil sit in vobis fictum et non rectum. virtutis exercitio gaudebit cor vestrum et de die in diem proficietis. malum perpetrando, cordi vestro molestiam accersetis et de die in diem ruetis in pejus.

sibi semper cum tremore invigilent.

762. quantum vis in dignitatibus et honoribus constituti, cogitate de periculis quae vobis imminent. numquam igitur non timeatis. hoc ipso quod non timeretis, esset vobis timendi locus.

cedere iis qui talentis pollent.

763. Si adhibeatis sapientes qui vos consiliis suis adjuvent, ac iis qui talentis pollent, in dirimendis alicujus momenti negotiis vosmet ipsos postponatis, tunc ad imitationem vestri, alii praefecti sibi invicem cedent, ac proindè inter illos vigebit concordia. nisi porro inter eos vigeat concordia, regimen turbabitur. ad Magistratus evehendo illos qui talentis pollent, talentorum vestrorum specimen praebebitis. Si vero quos evexeritis sint indigni, ita certè in gerendo munere vestro impares vos praestabitis.

764. O vos omnes praefecti, ab iis qui tribus negotiorum speciebus estis praepositi usque ad 大夫 (tay fou), quisque suum revereatur munus et vires exerat in adimplendis obligationibus et adjuvando principe suo. ità inter omnes imperii populos pax firma in aeternum vigebit et omnia imperii regna non taedebit portare nostrae Dynastiae Tcheou jugum.

a. 巡侯甸 (sun heou tien) juscta Tung kien kang mou, haec imperii visitatio facta fuit 12° principis Tching ouang anno ante Ch. 1104. Sed cum supra ostenderimus 7um regentiae Tcheou kung et imperii Tching ouang annum recte assignari ad annum ante C. 1098. proindè imperii Tching ouang annus 12us erit ante Ch. 1093.

b. 歸于宗周 (kouei y tsung tcheou) rediit ad Tsung Tcheou, scilicet ad regiam suam 鎬 (hao) vel 豐 (fung). utraque enim erat maximè vicina.

c 太師, 太傅, 太保, tres illi Magistratus erant imperii totius primi. Spectabant ad
tay che, tay fou, tay pao
propriam Principis personam quam debebant dirigere. illorum nomina indicant illorum obligationes. Tay significat magnum, supremum. Che, magister, exemplar. fou, adjutor, patronus. Pao, protector, pacificator. illae tres dignitates non erant Magistratus reales, sed duntaxat tituli honorifici qui dabantur sicut hodie mos adhuc exigit, primis imperii Magnatibus.

D. 陰陽 difficile est Europeo determinare sensum duorum illorum Characterum quos
yn yang
ad nauseam Sinae repetunt in suis libris dogmaticis, et quorum sensum ipsimet forte non intelligunt. Si sumantur physice, yn est principium quietis, yang est principium motus. ex illa motus et quietis combinatione juxta systema Sinicum ortae sunt varia creaturae. yn yang applicantur comparative nobili et ignobili. Caelum est yang, terra est yn. Sol est yang, luna est in. Maritus est yang, uxor est yn &c. quando hic dicitur yn yang esse concordes, sensus est omnia in imperio bene succedere, leges observari &c.

e. 少師, 少傅, 少保, chao, significat parum, inferiorem. tres illi Magistratus erant
chao che, chao fou, chao pao
quasi trium supradictorum substituti.

f 冢宰 tchung, magnus, Tsay, gubernator.
tchung tsay

g 司徒 Sse, curam habens, praesidens. tou, multitudinis. Magistratus ille praebat curam quam habebat edocendi populos de quinque magnis humanae societatis obligationibus, curam habebat adhuc exigendi tributa a populis, vel illos a tributis eximendi, juxta annorum abundantiam vel penuriam. fortasse ea de causa praeses Tribunalis 户部 ad quod
hou pou
spectat de imperii reditibus, nunc etiam aliquando in libris et scriptis publicis vocatur Sse tou: nihilominus non habent illi inspectionem in populorum mores: et vero qui exigunt a populis tributa, ut plurimum sane sine fructu illos ad virtutem accendere conarentur.

h. 宗伯 Tsung, scilicet 宗廟 aeorum aula. 伯 praesidens
tsung pe tsung miao pe

i. 司馬 Sse, curam habens; ma, equorum, scilicet pro copiis necessariorum.
Sse ma

K. 司寇 Sse, curam habens. Keou, latronum, malefactorum, id est causarum criminalium.
Sse keou

l. 司空 Sse Kung — Sse curam habens, Kung, vacui, idest locorum incultorum ut excolantur. (28, 6)

m. 六卿 Leou King — Sex illi supradicti magistratus primarii, vocabantur Leou King. illorum unus quisque habebat 60 praefectos sibi subjectos, a quibus adjuvabatur in gerendis muneris sui negotiis. in summâ igitur Ministrorum Tribunal constabat 360 praefectis.

n. 六年五服 Leou nien ou fou. — hic agitur de visitatione imperii de quâ vide Chun tien (20.)

Caput 21um.

君陳

Kun Tchen.

Praesens caput continet edictum quo post mortem comitis Tcheou Kung princeps Tching ouang committit praefecto Kun tchen curam continuandi bonum regimen quod Tcheou Kung successu tam felici instituerat inter populum 殷 yn.

Tching ouang laudat eximias Magnalis Kun tchen virtutes et constituit illum supra populum yn.

765. Princeps ita alloquitur Kun Tchen. tu rarâ praeditus es virtute, pius ergà parentes, reverens erga majores. qui porro ergà parentes est pius et benignus ergà fratres, ille sanè potest magnâ cum laude gerere gubernium. igitur jubeo te istarum quibus praeerat Tcheou Kung orientalium a plagarum curam suscipere. attende tibi et relligiosè munus illud obeas.

Hortatur ut imitetur Tcheou Kung.

766. Superioribus annis Tcheou Kung fuit nationum omnium magister et protector. nationes omnes illiûs virtutem amore et veneratione complexae sunt. eas igitur et relligiosè obeas munus ad quod te mitto. amplectaris omninò illiûs agendi rationem. si porro enitaris propagare eadem quae Tcheou Kung documenta, certe populus regimini tuo erit obsequens ac docilis.

virtute magis quam holocaustis delectatur Caelum.

767. audivi Tcheou Kung dicentem, quod regiminis perfecti bonus odor latè diffundatur et ipsosmet intelligentes spiritus possit commovere. frumentorum b ac segetum quae in sacrificiis offeruntur odor non latè diffunditur. duntaxat excelsa virtus longè spargit odorem bonum. in adimplendis hisce eximiis Tcheou Kung

documentis, nullo die non sedulò allabores. noli te voluptatibus ac delitiis tradere.

quemadmodum Tcheou tung fecit, ita et tuntchen debet populos commovere quasi ventus commovet plantas.

768. qui numquam vidit sapientem, ex innato virtutis amore ita ardenter in illum fertur quasi si nullum umquam esset visurus. qui verò videt sapientem, non ideo tamen potest illius sapientiam assequi. tu igitur, attende tibi: vidisti sapientem Tcheou tung et illius collega fuisti in palatio. ad illius exemplum debes esse quasi ventus: qui vero tibi subditi erunt populi debent esse quasi herbae quae moventur prout illas movet ventus.

nihil agat nisi ex proborum consiliis.

769. persuasum tibi sit bonum regimen non posse institui nisi cum labore et difficultate. aliqua sunt quae prout exigunt circumstantiae debent abrogari, alia verò quae debent de novo sanciri: sed tam in abrogando quam in sanciendo, nihil agas nisi ex consilio tuorum praefectorum. in quo porrò consentient eorum consilia, illud etiam atque etiam recogita et exequere.

quidquid pro gubernio illi occurrerit boni, semper illud adscribat principi.

770. quandò porrò ita occurrerit tibi efficax pro circumstantiis praesentibus medium, vel praeclarum aliquod aut sapiens consilium, ne tibi illa adscribas, sed statim adeas palatium et illa principi tuo referas: foris verò, si illis annuerit princeps, passim in publicum dicas. efficax illud medium, sapiens illud consilium est unicè fructus sapientiae quâ pollet meus princeps. O si magnates omnes ita agerent, quantam sibi probitatis famam acquirerent!

regimen ipsius sit mansuetum.

771 pergit princeps. O tun Tchen, excelsa comitis Tcheou tung documenta in praxim redigas. ne authoritate tuâ abusus Tyrannidem exerceas. ne severae legum observationis praetextu populos exacerbes, regimini invigila, sed simul sis benignus, moderatione et mansuetudine tuâ pacem et concordiam concilies.

ne praecipitanter se gerat in puniendo vel praemiando.

772. si quis ex populo yn inciderit in aliquam culpam: quamvis ego dicam illum esse puniendum, ne tamen ideò statim illum punias. item quamvis dixerim alicui

esse condonandum: ne tamen ideò statim illi condones. fieri potest ut ex motu primo judicium meum tulerim et in excessu peccaverim: tu itaquè in exequendo meo mandato medium teneas.

773. qui tuo regimini erunt inobsequentes et tuis documentis indociles: si illorum pœna impedire valeat ne alii incidant in culpam, tunc illos punias.

774. qui vero in suâ nequitiâ et pravitate sunt indurati, qui sunt moribus corrupti, qui sunt rationis et morum corruptores: triplicis illius generis rei quamquam in minimis, veniâ tamen sunt indigni.

775. ne tibi odium vel iram concitent hebetes ac rudes. ne exigas ut privatus quilibet sit perfectus et a defectibus immunis.

776. patienter ferre, indè sane emergit fructus. tolerare alios est virtutis excelsæ.

777. scias discernere tum illos qui sunt perfecti, tum illos in quibus sunt defectus. evehas probos ut dirigant illos qui non sunt probi.

Dirigat naturalem rectitudinem quæ indita est omnibus hominibus.

778. singulis gentibus a nativitate indita est naturalis rectitudo: sed rebus terrenis abducti plerique in pravum immutantur et supremo mandato rebelles obsequuntur cupiditatibus suis. tu vero si relligiosâ legis æternæ observantiâ virtutem amplectaris, tunc certè populorum nullus erit qui non immutetur et ad magnam probitatem non pertingat. si res ita eveniant, ego certè magnâ fruar felicitate; tuæ vero laudes in infinita sæcula celebrabuntur.

a. 東郊 tung kiao kiao ut jam vidimus significat vel locum supremo domino colendo destinatum, vel imperii limites. aliqui dicunt Tching ouang quando commisit magnati kun Tchin gubernium regiæ Lo y, illam vocare orientalem kiao, quia quod erat in illo gubernio maximi momenti erant populi yn quorum habitationes constitutæ fuerant in limitibus Regiæ Lo, quæ erat orientalis respectu regiarum fung et hao. illa comitis kun tchin inauguratio facta est anno quo mortuus est Tcheou kung. Tung kien kang mou assignat pro hoc anno principis Tching ouang 25m annum: qui annus juxtà horum annalium Chronologiam est antè Ch. 1106m: sed juxta Epochas quas statuimus, respondet anno 1094.

b 至治馨香 (tchi tchi hiang hiang) haec sententia a Tcheou kung prolata erat antiquorum sapientum qui volebant designare fruges quae offeruntur et victimas quae mactantur non esse spiritibus acceptas nisi quatenus procedunt ex corde puro et virtutis odore bono condiuntur.

Caput 22um.

顧命

Kou Ming

Testamentum.

顧 (Kou) proprie significat retro respicere. 命 (ming) mandatum. Kou ming usurpatur ad significandum ultimas morientis voluntates, sive testamentum.

praesens caput vocatur testamentum, quia continet principis Tching ouang jam jam morituri ultima verba, quibus praecipit magnatibus suis ut evehant ad thronum filium suum 康王 (Kang ouang) et illum in regimine adjuvent. describit etiam historicus testamenti executionem in inauguratione novi principis.

Tching ouang jam jam moriturus.

119. quartâ Lunâ, cum Lunae obscuritas jam renascebat, princeps (Tching ouang) male se habuit.

120. dies illa erat dies 甲子 (kia tse). princeps lotis manibus et vultu, regiis vestibus induitur a ministris et incumbit super mensam ex lapide pretioso factam.

convocat magnates.

121. hic aderant simul quos princeps convocaverat 太保奭 (tay pao chi) idest chao kung qui tunc gerebat munus 冢宰 (tchung tsay). 芮伯 (joui pe) qui gerebat munus 司徒 (sse tou). 彤伯 (tung pe) qui gerebat munus 宗伯 (tsung pe). 畢公 (py kung) qui gerebat munus 司馬 (sse ma). 衛侯 (oei heou) qui gerebat munus 司寇 (sse keou). 毛公 (mao kung) qui gerebat munus 司空 (sse kung). sex illi Magistratus erant illi qui vocabantur 六卿 (leou king) sex primarii totius imperii magnates. praeterea aderant magistratus 師氏 (che che) scilicet 大夫 (tay fou), Magistratus 虎臣 (hou tchen) scilicet militum qui imperatoris custodiae erant praepositi duces, et omnes illi qui praeerant inferioribus praefectis: uno verbo quicumque in imperio negotiorum curam gerebant,

122. tum princeps, suspirans inquit. eheu! morbus ingravescit. mihi jam

monet magnates se cogitare de successore eligendo.

imminet periculum: cum in dies magis ac magis infirmus fiam ac indesinenter accrescat periculum, timeo ne deinceps non possim vobis mentem meam declarare circà meam successorem: ideò re maturè consideratâ, volo nunc commonere vos meam voluntatem.

quantum emiserunt ouen ouang et vou ouang.

783. Olim Principes ouen ouang et vou ouang sparserunt unde quâque virtutis eminentis radios. non tantum abundè providerunt de rebus ad vitam populorum conservandam necessariis, sed etiam populos imbuerunt documentis quibus illi omnino dociles sese praestiterunt. praeclara ista documenta ipsummet regnum 殷 (in) penetrare valuerunt: ideo in nostram Dynastiam Tcheou congesta sunt beneficia Caeli unà cum imperio.

tching ouang enixus est illos imitari.

784. ego virorum adeo eximiorum successor, quamquam rudis et ignarus, reverenter excepi veneranda Caeli decreta. propagavi et custodivi eximia ouen ouang et vou ouang documenta, nec ausus sum ab illis cupiditatum aestu abreptus vel tantillum recedere.

rogant magnates ut adjuvent filium suum tcho quem nominat successorem.

785. nunc Caelum affligit me morbo undè periculum est ne umquam convalescere aut emergere possim. vos itaque iis quae habeo praecipienda vobis, dociles estote. filium meum 釗 (tcho) quem designo successorem meum, ita relligiose ope vestrâ tutemini ut superet quascumque difficultates.

786. foveat longinquos, vicinos edoceat. nullum sit regnum sive magnum sive parvum quod ille non contineat in pace et ad bonum non accendat.

787. persuasum mihi est quod homo qui aliis praeest, prae se ferre debeat gravitatem quae aliis reverentiam imprimat, et modestiam quae alios ad sui imitationem alliciat. vos itaque maxime cavete ne filius meus tcho abripiatur ad aliquid incongruum et indecens.

die sequenti moritur tching ouang.

788. post exceptas imperatoris ultimas voluntates, quisque abivit, et statim e palatio ablata sunt tentoria straminea quae pro convocatis ad Principem magnatibus fuerant erecta. die sequenti 乙丑 (y tcheou) mortuus est Princeps

chaotung curat praeparari quid quid erat necessarium pro funeribus principis defuncti.

789. 太保 tay pao cui primae in gubernio partes incumbebant, edixit ut magnates 仲 tchung 桓 hoan et 南宮毛 nan kung mao item Magnates 齊侯 tsi heou et 呂仍 lu ky quos jussit ambos in manibus gerere scutum et lanceam. jussit etiam ut centum ex illis militibus qui vocantur 虎賁 hou pen defuncti principis filio Tcho obviam irent usque extra meridionalem portam, illumque deducerent ad lateralem domum palatii 路寢 lou tsin ut ibi luctum ageret ac sese defuncti parentis funeribus praepararet.

praeparantur caeremoniae.

790. die 丁卯 ting mao tertio post principis Tching ouang mortem, Chao kung rituum praesidi 太史 tay che praescripsit modum exarandi libellum in quo exprimerentur, tum ultima principis defuncti voluntas circa suum successorem, tum ritus quibuscum illae voluntates deberent a principe successore excipi.

praeparantur ligna.

791. elapsis diebus septem, scilicet die 癸酉 kouei yeou, pe siang, 伯相 scilicet Chao kung jussit eos qui lignis praepositi erant praeparare ligna funeribus necessaria.

praeparantur ornamenta.

792. Praefectum 狄 ty cui cura erat suppellectilis palatii, jussit praeparare speciem illam valvularum mobilium variis picturis ornatarum quae dicebantur 黼扆 fou y et sipari speciem dictam 綴衣 tchouo y quae apponerentur in palatio ubi princeps novus inaugurandus erat.

793. in illo palatio inter fenestras e regione Austri stratae sunt sibi invicem superpositae storeae 篾 mie ex cannis et viminibus contextae et 黼 fou id est albo nigroque colore linitae. apposita est etiam mensa ex lapide pretioso variis caelaturis ornato, cui princeps innitebatur quando in conspectum admittebat principes tributarios vel imperii magnates.

794. in laterali cubiculo occidentali e regione Orientis, stratae sunt sibi invicem superpositae storeae 底 ty ex planta aquatili contextae, et 綴 tchouo id est variis coloribus distinctae una cum variis conchiliis et una mensa, scilicet illa cui innitebatur princeps quando negotia gerebat.

795. in laterali cubiculo orientali e regione occidentis, stratae sunt sibi invicem superpositae storeae 豐 fung ex recentioribus arundinum virgis contextae et picturis ornatae, et una mensa

ex lapide pretioso variis cælaturis ornato, cui innitebatur Princeps quando in conviviis excipiebat imperii sui senes bene meritos vel magni nominis Magnates.

196. in alio Occidentali cubiculo e regione Austri, stratæ sunt sibi invicem super positæ storeæ 筍 (sun) ex pelliculâ recentiorum arundinum contextæ, colore purpureo tinctæ; et adhuc una mensa vernice illita cui Princeps innitebatur quando consanguineos in conviviis tractabat.

Disponuntur ovula cæteraque pretiosa.

197. præterea quinque pretiosorum lapidum species, pretiosa vasa, gladius cum vaginâ carnei coloris, antiquorum excelsa documenta (l) scripto excarata, tabellæ 弘璧 (hung pi), et 琬琰 (yuen yen) reposita sunt in domo occidentali. lapides pretiosi 大玉 (ta yu) qui reperiuntur in monte 華山 (hoa chan). lapides pretiosi 夷玉 (y yu) qui veniunt ex orientalibus plagis, lapides pretiosi 天球 (tien kieou) ex quibus conficiuntur instrumenta 磬 (king). mappa 河圖 (ho tou) super humeros duorum draconum equinorum in flumine a fou hy divinitùs accepta, hæc omnia reposita sunt in orientali domo. vestes in Choreis adhibitæ allatæ ex regno 胤 (in), magna conchilia (n), tympani dicti 鼖鼓 (fen kou), reposita sunt in occidentali cubiculo. hastæ confectæ a famoso 兌 (toui), arcus a famoso 和 (ho), sagittæ arundineæ a famoso 垂 (tchoui) reposita sunt in orientali cubiculo.

Disponuntur varii currus.

198. curruum verò quibus insidebat Princeps, quinque species variæ ita dispositæ sunt. currus 大輅 (ta lo) sive 玉輅 (yu lo) pretiosis lapidibus ornatus quo vehebatur Princeps in Ceremoniis relligiosis positus est prope scalas hospitum, scilicet occidentales e regione Austri. currus 綴輅 (tchouo lo) sive 金輅 (kin lo) auro ornatus quo vehebatur Princeps quando excipiebat regulos qui erant ex suâ familiâ, positus est prope scalas Orientales e regione Austri. currus 先輅 (sien lo) sive 木輅 (mou lo) ligneus, quo vehebatur Princeps pro excipiendis exterorum regnorum Dynastis, positus est ad sinistram prope aulæ januam, scilicet e regione currûs ta lo. currus 次輅 (tse lo) tum ille dictus 象輅 (siang lo) ebore ornatus, quo Princeps vehebatur pro excipiendis regulis qui non erant ex suâ familiâ, tum ille dictus 革輅 (ke lo) pellibus coopertus quo vehebatur pro excipiendis 四衛 (sse ouei) positi sunt ad dexteram prope aulæ

januam; e regione currûs tchouo Lo.

apparatus pro inaugurando novo principe.

799. pro novi principis inaugurandi caeremoniâ, ita militarem apparatum adornari curavit Chao kung. duo militares duces cum carnei coloris bireto 弁 (pien) et gerentes in manibus triangularem hastam 惠 (hoei), stabant intus ad palatii 路寢 (lou tsin) januam 畢 (py). quatuor milites cum biretis 綦弁 (ki pien) ex diversi coloris pelle confectis, nudum in manibus gladium elevatum gerentes, in aulae anguli utrâque scalâ ex adversum stabant. unus 大夫 (tay fou) cum bireto 冕 (mien) et manu gestans securim 劉 (lieou) stabat ante domum orientalem. alius Tay fou cum eodem bireto mien, et manu gerens securim 鉞 (yue) stabat ante domum occidentalem. alter Tay fou etiam cum bireto mien et manu gestans hastam 戣 (kouei) stabat suprà gradus orientalis domûs. alter Tay fou adhuc cum bireto mien et manu gestans hastam 瞿 (ku), stabat suprà gradus occidentalis domûs. alius Tay fou adhuc cum bireto mien et manu gestans hastam 銳 (toui) stabat supra gradus lateralis domûs

800. his ita praeparatis, princeps redimitus diademate mien ex telâ cannabinâ subtilissimâ et indutus vestibus 黼 (fou) quae duntaxat usui sunt in caeremoniis relligiosis, per scalas hospitum ascendit ad aulam in quâ debebat inaugurari. sequebantur illum primarii magnates 卿士 (king che) et variorum regnorum reguli etiam redimiti bireto mien ex tela cannabinâ, et coloris formicei (id est nigri) vestibus induti; quisque ingressus est juxtà ordinem suum.

801. tres magnates 太保 (tay pao), 太史 (tay che), 太宗 (tay tsung), habebant etiam cannabinae telae biretum mien et induebant carnei coloris togam. Tay pao reverenter gerebat in manibus elevatam tabellam 介 (kiay) imperatoriae dignitatis notam, quae illi a principe defuncto commissa fuerat. 上宗 (chang tsung) reverenter in manibus elevata gerebat, tum vas 同 (tung) quo solus imperator utebatur in sacrificiis, tum tabellam 瑁 (mao) quam gerebat imperator quando in conspectum admittebat regulos: illi duo per gradus orientales ascenderunt. 太史 (tay che)

gerens in manibus defuncti imperatoris ultimam voluntatem libello exaratam, ascendit aulam per gradus occidentales vulgò dictos hospitum gradus, illumque libellum obtulit haeredi principi dicens

chao tsung inaugurat principem tang ouang.

202. noster illustris princeps jam jam moriturus, marmoreae mensae innitens, ità exposuit ac promulgavit suam ultimam voluntatem.

203. jubet ut tu (ejus fili Tcho) conscendas hujus imperii Tcheou solium et succedas illi in dirigendis ac edocendis populis, ut ipsemet observes et observare doceas quae imperium fulciunt magnas leges, ut in toto imperio pacem et unionem foveas; uno verbo ut eximiis principum ouen ouang et vou ouang documentis te docilem praestando, illorum successor dignus eo adas.

responsio principis tang ouang

204 princeps iteratò sese profundè inclinat, surgit et ità respondet: ego adeò parvulus et absque talento, quo pacto possem quatuor imperii partes regere cum illâ quae Caeli decretis et majestati debetur attentione et reverentiâ.

novus imperator sacrificat.

205. deinde acceptis quae sibi a Ta Tsung offerebantur crateraâ tung et tabellâ mao, tribus vicibus in reverentiae signum utrâque manu attollit crateram tung, tribus vicibus libat vinum quod erat intus, tribus vicibus offert spiritibus, ad illos commonendos se ultimam sui patris voluntatem excepisse. tum Chang Tsung ut pote sacrarum ceremoniarum praeses, commonet principem dicens. sacrificium tuum spiritibus est acceptum.

Tay pao etiam libat.

206. ceremoniâ principis absolutâ, Tay pao accipit crateram Tung. sed ipsemet non ausus uti eodem vase quo princeps usus fuerat, descendit ex aulâ, lavat manus: tum accipiens aliam crateram 同 (tung) et illam reponens in vase 璋 (tchang) offert istud vas Tchang ad commonendos spiritus se principis defuncti mandatum executioni mandavisse. finitâ caeremoniâ tradit vas 宗人 (tsung jin) scilicet praefecti ceremoniarum ministris. deinde reverentiam exhibet. princeps illi salutem reddit.

207. mos erat ut sacrificator biberet de crateraâ vini quam obtulerat. quia

Princeps erat in luctu, ritum hunc peragere illi non licebat. itaque Tay pao accipit crateram Tung, libat partem vini quod erat intus admovet ad labia crateram Tung. tum statim recedit et crateram Tung reddit Tsung gin. deinde salutat: Princeps salutem reddit.

808. Ceremoniâ absolutâ, Tay pao descendit ex aulâ ut curaret auferri quaecumque inservierant ad sacrificium. reguli aliique Magnates etiam egressi, extrà templi januam expectant novum Principem, illi congratulaturi.

a 四月哉生魄 quartâ Lunâ quando reviviscebat obscuritas. juxta Historicos Princeps
Sse yue tsay cheng pe.
Tching ouang per seipsum regnavit 30 annos, qui cum septem annis administrationis Tcheou Kung, efficiunt 37 annos. Lieou Hin, Pan Kou, Tung Kien Kang mou H assignant mortem Principis Tching ouang ad annum ante Chr. 1079 et dicunt hoc anno diem 庚戌 fuisse 1um
Keng Su
4ae Lunae in quâ debebat esse aequinoctium vernum et diem 甲子 15um. Sed 1o non concordant cum textu: textus enim dicendo obscuritatem renasci, indicat plenilunium transivisse. ergo dies Kia tse qui supponitur quando obscuritas renascebat, vel est post 16um vel saltem 16a. 2o. anno 1079 dies Keng Su fuit 28 februarii, et conjunctio Lunae in qua erat aequinoctium, non fuit nisi aliquot postea dies. Dies Kia tse fuit 14 Martii et plenilunium non nisi aliquot postea dies. porro in textu supponitur dies Kia tse non longè post oppositionem. ergo annus 1079 non debet assignari pro anno quo mortuus est Tching ouang.

Supra (557, b,) pro septimo supremae administrationis Tcheou Kung anno, assignavimus annum ante Ch: 1098. Si addantur 30 anni quibus Tching ouang supponitur per semetipsum rexisse imperium, annus antè Ch: 1068 erit annus quo mortuus est Tching ouang. porrò anno 1068 dies Kia tse et plenilunium fuerunt 16a Martii. Sed etiam hîc occurrunt difficultates. 1a est eadem ac suprà: siquidem dies Kia tse videtur in textu esse diem post plenilunium. 2a. ut illa luna cujus plenilunium fuit 16a Martii censeatur Dynastiae Tcheou 4a Luna, supponendum est erratum fuisse uno die in assignando equinoctio: equinoctium enim non est nisi 1o die Lunae sequentis

quae proindè debuisset esse 4ª. Seù minus repugnat erratum fuisse in assignando solstitio uno die citius (cum illud calculaverit juxta novos modos) quam repugnat diem tsin tse reperiri aliquot diebus ante plenilunium. ergo annus 1068 melius concordat cum tsechi quam annus 1079, praesertim cum etiam concordet cum epochis supra assignatis

b 太保奭 Scilicet Chao tsung. ille et Dynastae regnorum 畢 et 毛 erant tres
tay pao chi py mao
召 de quibus in superiori capite (743, c) et praeterea erant tres 郱
tsing tsing
c 芮伯 , 彤伯 , regnorum jouì et Tung regali habebant titulum fo, id est praerant
jouì pe tung pe
aliis districtus sui regulis.

d. 綴衣 alii dicunt hic agi de velis et tiparis Sericis quibus ornatus fuerat morientis
tcheuo y.
imperatoris lectus. alii dicunt agi de tentoriis straminei quae erecta fuerant in atrio ad defendendum ab aeris injuriis magnates qui illuc convenerant; quemadmodum etiam nunc erigunturr, quando alicuì est magnus concursus.

e. 南門之外 extra meridionalem portam, Scilicet palatii 路寢 dicti: palatium istud
nan men tshi ouay lou tsin
infra vocatur 廟 templum, vel quia erat aula colendis majoribus destinata, vel quia inserviat
miao
ad religiosam ceremoniam inaugurandi principis filium 釗 quì postea ad solium nomen
tcho
habuit 康 王 . ad intelligentiam eorum quae sequuntur, juvabit sibi repraesentare aedificium
Kang ouang
quale vulgo illa construunt Sinae. intus est atrium quod claditur quatuor aedificiis ad quatuor puncta mundi cardinalia sitis. illud quod directè situm est ad atrii boream et cujus janua ac fenestra aspiciunt austrum, vocatur 正房 : est domûs totius honoratissima pars. aedificia lateralia
tching fang
quae spectant directè orientem vel occidentem vocantur 廂房 . aedificium ad atrii boream situm
siang fang
vocatur 南房 . ad istarum domorum latera aliquando construuntur aliae in eadem linea sitae
nan fang
sed minus altae quae vocantur 耳房 . palatium Lou tsin videtur habuisse circiter hanc formam.
eul fang.
in illius palatii atrium aditus erat per januam ad Austrum situm. juxta morem Sinicum locus ubi manet imperator constat ex pluribus ejusmodi palatiis, quae nunc variam sortiuntur formam et a se invicem separantur per atria, hortos, montes manu factos, rivos, porticus &c.

f. 伯相 Chao Kung erat Dynasta cum titulo Pe, et erat imperii administer Siang: ideo vocatur pe Siang.
pe Siang.

g. 黼衣 grammatici dicunt: fenestra orientalis dicitur 窻 tchouang, occidentalis dicitur 户 hou.
fou y.
Spatium vel fenestra inter utramque vocatur 牖 yeou vel 扆 y. fou y significat etiam valvulas mobiles supra quas depicta erat securis 黼 fou

h. 玉几 mensa ex lapide pretioso. mos est in Sinis ut suprà tabulatum cui insident, sit aliqua parva mensa cui innituntur, scribunt, comedunt 2l. pro principis funere exponebantur mensae, vasa, currus, et caetera quae fuerant ad illius usum: qui mos adhuc hodie viget.
yu ki

i 黼純 tchun significat pictum. fou est securis quae pingebatur colore nigro et albo. fou tchun significat storeas pictas fuisse colore nigro et albo.
fou tchun

k. 綴純 tchouo sunt siparia serica de quibus suprà. quia erant varii coloris, ideò ad designandum storeas fuisse variis coloribus depictas, dicitur tchouo tchun.
tchouo tchun

l. 大訓 magna documenta. dicunt interpretes asservata fuisse quae antiqui sapientiâ suâ insignes reliquerant scripto excarata, tum documenta, tum historica facta, qualia erant 禹書 yu chou, commentaria principis ouen ouang et comitis Tcheou kung de octo 卦 koua vulgo 周易 tcheou y 2l
ta hiun

m. 天球 dicunt interpretes duos illos characteres exprimere lapidem illum pretiosum qui in capite yu kung vocatur 鳴球 min kieou: sed sphaera armillaris vocatur etiam 天球 tien kieou quia ut vidimus in cap: Chun tien, olim sphaerae armillares erant unionibus ac gemmis ornatae. quidni ergo dicatur duos illos characteres 天球 tien kieou ibi significare sphaeram armillarem, vel eamdem quam fieri curaverat princeps Chun, vel aliam ejusdem generis.
tien kieou

n 大貝 magna conchylia. liber 伏生傳 fou cheng tchouen ait fuisse ejusmodi conchylia quasi currus: vultne dicere ejusdem magnitudinis ac currus? vultne dicere quae referebant similitudinem currus.
ta poei

o. 鼖鼓 ita vocatur Tympanum cujus diameter est octo pedum.
fen kou

p. 太宗 rituum et relligionis caeremoniarum praeses. vocatur etiam 上宗 chang tsung
tay tsung

q. 三宿, 三祭, 三咤, Caeremonia relligionis quae hîc describitur constabat tribus partibus.
San So San tsi San tcha

r. Sacrificator convertens se ad repraesentationem illius in cujus honorem Caeremonia fiebat,

praesentabat illi crateram vino plenam, ambabus manibus illam attollendo reverenter. haec ceremonia vocabatur 宿 so reverenter, quia scilicet fieri debebat cum tantâ reverentiâ ac si ille qui colebatur praesens foret. 2° Sacrificator vinum crateræ in terram effundebat: haec ceremonia quae proprie erat oblatio sive sacrificium, vocabatur 祭 tsi. 3° Sacrificator quemadmodum in primâ vice rursum convertebat se ad repraesentationem illius in cujus honorem fiebat ceremonia, quasi ad illum deprecandum ut dignaretur acceptam habere oblationem: hoc vocabatur 咤 tcha. Princeps Kang ouang triplicem hanc ceremoniam fecit tribus vicibus. textus praecise mentionem facit de ceremoniâ, non autem de illo in cujus honorem fiebat. interpretes dicunt factam fuisse substantiae spirituali 神 chin, scilicet animae defuncti Principis, coram tabellâ vel personâ vulgo dictâ 尸 chi quae illam repraesentabat.

Caput 23um.

康王之誥

Kang ouang Tchi Kao

Adhortationes mutuae Principis Kang ouang et ipsius Magnatum.

Praesens caput continet tum imperii Magnatum adhortationes ad Principem recenter inauguratum, sub nomine Kang ouang, tum verba Principis Kang ouang exposcentis a Magnatibus suis illorum in regimine auxilium.

reguli et magnates salutant novum Principem.

209. Kang ouang egressus è templo in quo fuerat inauguratus, stabat ad interiorem palatii portam dictam 應門 yng men. Tay pao quibus praeerat Occidentalium partium regulos deduxit ad sinistram portae ing men: Py kung vero quibus praeerat orientalium partium regulos collocavit ad sinistram ejusdem portae ing men. unusquisque illorum paraverat offerendos Principi quatuor equos crinibus fuco illinitis. hospitates, scilicet illi Dynastae, ambabus manibus gestantes tum tabellam Kouei, tum serica aliaque munera quae venerant oblaturi, ita Principem alloquuntur. nobis uni aut altero subditis tuis ac imperii custodibus, liceretne

istas quas regiones nostræ producunt res, tibi reverenter offerre. his dictis omnes capite usque ad terram profundè inclinato Principem iterato salutant. Princeps quem decebat succedere prædecessorum suorum benignitati aliisque virtutibus, non minùs quam illorum throno, salutem illis humaniter reddit.

magnates alloquuntur Principem.

810. finitâ regulorum Ceremoniâ, Tay pao et joui pe unà cum regulis omnes ingressi, sese corporis inclinatione mutuò consalutant. tum omnes capite usque ad terram demisso Principem iteratò salutant et ità illum alloquuntur. liceat nobis Cæli filium reverenter commonere. supremum Cælum vasti hujus imperii sceptrum mutavit et abstulit a Dynastiâ yn. illud exceperunt Dynastiæ nostræ Tcheou ouen ouang et vou ouang, qui sese illo dignos præstiterunt et occidentales terras fovere ac præsidio suo tutari valuerunt.

811. qui recens ad superos evolavit Princeps noster, illorum vestigia secutus, suâ in pœnis præmiisque decernendis æquitate, suâ in meritis discernendis sagacitate, toti imperio felicitatem quæ ad nos usque propagata est accersivit. tu igitur Princeps relligiosè attendas tibi, ne recedas ab illis exemplaribus. quamquàm in imperio floreat pax, nihilominùs præcavendæ sunt turbæ. invigiles ergo ut intra sex imperii tui turmas vigeant bellica disciplina et bellicus animus; ne amittas quod amittere facile est transmissum tibi a tuis avis imperium.

Princeps respondet magnatibus.

812. Princeps ita inquit. O regnorum quorumlibet 侯, 甸, 男, 衛, ego homuncio Tcho respondebo vobis et aliqua commonebo.

heou tien nan oei

813. olim Principes nostri ouen ouang et vou ouang foverunt in imperio pacem et abundantiam. nonnisi inviti infligentes pœnas, non quærebant puniendi occasiones. ad virtutis apicem evecti, suâ rectitudine et in servandis promissis fidelitate, fulgoris sui radios per totum orbem emiserunt. illis temporibus erant heroes non secus ac 熊羆 impavidi, erant magnates cordis sinceri ac simplicis qui Dynastiam præsidio

hiung, py

suo tutabantur, ac in illâ fovebant obsequium erga Supremum Dominum: ideo Supremum Cœlum ipsius votis numquam non fuit propitium, et illi quatuor imperii partium regimen conservavit.

214. tales illa in ditionibus constituit regulos et alios qui essent imperii tutamen, ut nobis illius posteris provideret. jam vero vos unus[c] aut alter ex familiâ meâ reguli, debetis certatim totis viribus imitari majorum vestrorum in serviendo suo principi zelum. quamquam corpus vestrum sit foras, scilicet in ditionibus quas regitis, cor vestrum non debet recedere a familiâ regiâ, adarcendas ab illâ quascumque molestias vos totos devovete. ne vestrâ in exercendis pro me viribus vestris inertiâ patiamini me in ullum incurrere dedecus.

215. singuli magnates exceptis imperatoris novi voluntatibus, sese invicem consalutant et exeunt ex aulâ. princeps autem deposito diademate, mien, excutisque Ceremoniæ vestibus, in illarum locum induit lugubres vestes ut patri suo per tempus præscriptum parentaret.

a 賓 pin hospites. illo hospitum nomine designantur reguli et Magnates, quia cum princeps esset in luctu, tractabantur ut Hospites, non autem tamquam subditi: ideo princeps illis salutem reddit.

b 相揖 siang tsi salus ille qui inter æquales adhibetur, consistit in junctione manuum et modicâ corporis inclinatione.

c. 一二伯夫 y eul pe fou unus aut alter mei avunculi. scilicet aliqui Dynastæ oriundi erant ex familiâ 周 tcheou, et erant principis kang ouang vel avunculi vel consanguinei. alii ducebant originem a familiis 商 chang, 夏 hia, immo et ab antiquioribus imperatoribus. reguli illi omnes, ut jam toties diximus vocabantur 諸侯 tchou heou, et pendebant ab imperatore dicto 天子 tien tse Cœli filio.

Caput 24m

畢命

Py Ming

inauguratio Comitis Py.

Caput præsens continet edictum quo princeps kang ouang jubet comitem 畢公 py kung succedere

comiti Kan tchen in plagarum orientalium gubernio.

Kang ouang proficiscitur ad regiam suam fung hao ut ibi in templo colendis majoribus destinato constituat py kung plagarum occidentalium principem.

216. Principis kang ouang anno duodecimo, Lunae sextae dies 庚午 erat lunae dies tertia dicta 朏. tribus postea diebus, die 壬申 princeps manè ex 宗周 scilicet ex regiâ suâ hao king profectus est ad 豐 ut ibi in templo colendis majoribus destinato, ad continuandum et perficiendum regimen bonum quod 周公 et 君陳 induxerant inter populos 周 scilicet regiae 洛邑 committeret comiti 畢公 plagas orientales regendi ac protegendi munus.

Princeps alloquitur py kung.

217. Princeps suspirans inquit. O pater 師 (scilicet pi kung qui gerebat munus 太師, quem venerationis ergo nuncupat patrem.) Ouen ouang et vou ouang virtute eminenti cujus fama per totum orbem diffusa est meriti sunt assequi thronum in: sed quantas in illo sibi assecurando difficultates experti sunt!

218. primis hisce nostris principibus a dextris et a sinistris aderat Tcheou kung, invigilans Dynastiae paci et securitati. ut sibi ab indocili populo yn caveret, illum transtulit in Lo y, ut ibi familiae regiae maxime vicinus, illius exemplis ac documentis ferum ac rebellem animum posset emendare. jam ab inde effluxerunt triginta et amplius anni, novae successerunt generationes, mores sunt immutati; in quatuor imperii partibus jam nullus metuendi locus, et ego jam fruor pace ac tranquillitate.

219. mores non sunt constanter idem. modo ad virtutem tendunt, modo ad pravum devergunt. gubernium debet sese moribus accommodare, et juxta illos immutari. populus in olim indocilis, regendus erat severitate: nunc verò cum sit in melius immutatus, nisi laudetur ac praemietur quod in eo laude ac praemio dignum est; nihil habebit populus ille unde ad bonum sese excitet.

220. tua, O Comes, excelsa virtus apparet in illâ quâ res maximè ordinarias geris circumspectione et diligentiâ. jam quatuor Dynastiae nostrae principibus opem cum laude navasti. tuâ vultûs totiusque corporis compositione tibi devincis omnium

qui tibi subditi sunt corda. nullus est qui non te reveretur quasi magistram. plenus es illis quae sub praedecessoribus nostris principibus tibi comparasti meritis. mihi homuncioni non opus est sollicitum esse: sed quasi vestes componendo et jungendo manus omnimodum tui in regiâ Lo y regiminis successum expectabo.

821 pergit princeps. O pater Che! munus quod tibi cum eâ quae meritis et aetati tuae debita est reverentiâ committo, illud est quod obivit illustris Tcheou tiung: est sanè tui dignum: eas ergo et illud obire ne dedigneris.

822. pro bono exemplo, secernas probos a pravis, et illorum pagis ac domibus aliquam notam appone. praemientur boni, puniantur pravi et undique praemii vel poenae fama percrebrescat. qui sunt indociles ac legibus inobsequentes, illorum rura et possessiones ab aliis semove, ut ita vitii terrorem amoremque virtutis accendas. tam vicinos quam remotos limites accuratè determina. praefice ejusmodi viros qui illorum custodiae et praesidio acriter invigilent, et ità toti quod inter quatuor maria continetur imperio pacem assecurent.

823. in regimine plurimi facienda est constantia. in iis quae edicis ac praecipis, attendas semper ad illud quod est essentiale. ne consecteris nova et extraordinaria. remanet adhuc aliquid ex pravis quibus olim populus Chang imbutus fuerat moribus. adhuc aestimantur ac sapientes habentur qui lingua mordaci impetunt alios. pravi habitus ex illo populo nundum sunt omnino eradicati: hoc quaeso comes, etiam atque etiam recogita.

824. ego saepe audivi familiarum quae a pluribus generationibus divites sunt et honoratae, paucas esse quae se gerant ut decet. vulgò illae superbiâ suâ opprimunt bonos, aeternam caeli legem pessumdant omninò, et suo pravis cupiditatibus obsequio, fictaque boni apparentiâ pervertunt mores et secum in ruinam abripiunt ipsosmet posteros suos.

825. jam diu est quod plerique istius regni yn nobilium, illi qua pollent authoritati et fastui quo aliis hallucinantur arrogantius innitentes, jus et aequum omnino extinguunt: vestium pretiosarum pompâ et apparatu aliorum laudes et existimationem aucupantur.

superbi, cupiditatibus dediti, jactabundi et arrogantes, viam sibi sternunt ad funestum finem. quamquam illorum excessibus jam ab illustri Tcheou Kung impositum fuerit frænum, difficile est tamen ut illos penitus coercuerit.

826. nihilominus si illæ honoratæ ac locupletes familiæ vellent esse documentis dociles, æternos sanè duraturæ essent annos. documenta porro illa, si fundentur in æquitate et virtute, tunc censentur magna. jam vero nisi ex antiquitate et majorum exemplis hauriantur illa documenta, quænam censeri possunt documenta? sanorum documentorum fons est antiquitas.

827. pergit Princeps. O Pater Chi, imperii securitas vel periculum omnino pendent a populo yn. si neque sis nimium severus, neque nimium mollis, ita sanè illos ad virtutem instituis.

828. vigilantiâ suâ illorum regiminis opus feliciter incepit Tcheou Kung. benignitate et mansuetudine suâ illud continuavit Kun Tchen: tuum est comes, idem opus perficere et consummare. quando tres adeò digni heroes unitis animis concurrerint in sternendâ ad virtutem viâ, florebit sanè virtus, florebit regimen, felices erunt populi, nullus erit ex quatuor exterarum regionum sinistro collari (id est quorum vestitus sinistra collaris pars distinguit) populis qui non reponant omnes suas spes in tam bono regimine et non præstent obsequium. mihi vero homuncioni inde proveniet immensa et æterna felicitas.

829. comes ad apicem perducendo bonum regimen in 周 Tcheou scilicet in Regiâ Loy, non tantum firmabis in æternum boni illius regiminis fundamenta, sed adhuc in æternum duraturam tibi comparabis famam et oris exemplar imitandum nepotibus.

830. oh quamquam plures occurrant difficultates, ne tamen dicas te illis vincendis esse imparem. duntaxat vires et animum excere. ne dicas populos esse debiles ac numero paucos: tu duntaxat in tuo populorum regendorum negotio sis diligens et alacris. egregia prædecessorum principum facinora tibi relligiose imitanda proponas, et ita regiminis antiqui decus et laudem consequi poteris

a. 十有二年六月庚午朔 12° anno, 6° lunae dies Keng ou erat 3°. Siuen lin,
che yeou nel nien leou gue Keng ou fei

Pan Kou, Tung Kien Kang mou 綱 juxta systema suum assignant pro isto principis Kang ouang 12° anno, annum qui respondet 1067° antè Chr. Sed anno 1067, dies Keng ou qui supponitur 6ª lunae 3ª erat die 16° maii: 6 autem lunae 6ª non evenit nisi post 16ª maii: ergo annus 1067 nonest imperatoris Kang ouang 12ª

juxta Bonzium 綱目 g Kang cujus Chronologiam hic amplectimur, annus ille Kang ouang 12ª respondet anno antè Ch. 1056. hoc anno 1ª dies 6ª lunae fuit 16ª Maii. dies Keng ou fuit 17ª: quae proinde erat lunae 6ª dies 3ª: ergo annus 1056 recte assignatur pro anno 12° princ: Kang ouang.

Tam Bonzius g Keng quam historici Siuen Kin, Pan Kou, Tung Kien Kang mou 綱 in eo consentiunt 1° principem Vou ouang obiisse 7° anno post cladem Dynastiae Chang, de quâ in capite Vou Tching. 2° Supremam administrationem Tcheou kung, numerando a morte principis Vou ouang duravisse 7 annos. 3° Tching ouang, numerando a fine septimi administrationis Tcheou kung anni, regnavisse 30 annos. ex his principiis sequitur cladem Dynastiae Yn de quâ in capite Vou Tching recte statui ad annum ante C. 1111, annum 1104 esse 1ᵒᵐ supremae administrationis Tcheou kung, annum 1097 esse 1ᵒᵐ principis Tching ouang, annum 1067 fuisse 1ᵒᵐ principis Kang ouang. annum 1056 fuisse ipsius 12ᵒᵐ. ergo epocha capitum Vou Tching, Lo kao, chao kao, quae aliunde probata sunt, adhuc confirmantur ex praesentis capitis epocha.

b. 三紀 Character Kig designat revolutionem. Kung ngan kouo dicit unum Kig hic designat
San Kig

revolutionem 12 annorum. Kung in loco inquit unum Kig aequare unam revolutionem planetae 歲星 sive 太歲 scilicet jovis; ita ut 3 Kig de quibus hic agitur fuerint 36 annos.
Seui sing Tay seui

c 弼亮四世 adjuvisti et bene meritus fuisti per 4 generationes. scilicet Pi Kung
pig liang sse chi

vixit sub Ouen ouang, Vou ouang, Tching ouang, et adhuc floruit sub Kang ouang.

d 垂拱仰成 verbo ad verbum. tcheui, vestis pendentes. Kung jungere manus illas attollendo.
tcheui Kung yang tching

yang. sperando sursum aspicere. Tching, consummatio, perfectio ... nescio utrum breve verbum hunc locum, fortasse forbat allusio ad aliquam ceremoniam hujus temporis usitatam. nihil de hoc interpretes.

Caput 25um

君牙

Kun ya

in praesenti capite historicus refert edictum quo imperator 穆王 (mo ouang) nepos imperatoris Kang ouang committit magnati Kun ya munus 大司徒 (ta sse tou.)

mo ouang invitat Kun ya ut imitetur majores suos in laboribus quos pro imperio suscepserunt.

831. Princeps[a] inquit O Kun ya, tuus pater, tuus avus, aliique majores tui per plures generationes sincere, fideliter et integrè vires suas exceruerunt in praestando familiae regiae obsequio. quae illi patraverunt egregia facinora inscripta sunt supra vexillum 太常[b] (tay tchang).

832. jam verò ego homuncio, Throni super quod insederunt ouen ouang, vou ouang, Tching ouang, Kang ouang haereditatem adivi. tu non secus ac fideles priorum horumce principum Magnates, adsis mihi a dextris et a sinistris ad inducendum regimen bonum in quatuor imperii partes. indesinenter a periculo caveas non secus ac ille qui post tigridis tergum incedit; vel quasi qui verno tempore incedit super glaciem quae jam dissolvi incipit.

833. nunc te constituo meum adjutorem. sis mihi pes, manus, viscera, ipsummet cor. amplectaris antiquum principibus inserviendi modum. cave ne dedecore afficias tuos majores, ab illorum exemplis recedendo.

834. quinque praecipuas humanae societatis obligationes passim propaga. illarum observantiae populis esto exemplar ac norma. Si rectus sis et bonus, nullus erit qui non fiat rectus et bonus. Si populorum corda recesserint ab illo medio in quo est virtutis apex; tu in illo medio firmiter sta, et ita alios ad illud revocare poteris.

835. tempore caloris aestivae et pluviarum, plebecula patitur ac erumpit in querelas. cum in hieme saevit frigus, pariter plebecula patitur et erumpit in querelas: ita continuo premitur miseriis. tu serio miserias illas recogita, et illis alleviandis remedium quaere: ita sedabis plebeculae querelas.

836. O quam vasta fuerunt principis ouen ouang consilia! o quam in illis exequendis

egregia fuerunt vou ouang facinora! nobis illi posteris suis viam sternendo, nosque dirigendo, nihil nisi rectum et ab omni prorsus defectu immune. jam vero tu exempla illa religiosè imiteris, fac ut ego assequar et imiter prædecessorem meum principem in illo quo ouen ouang et vou ouang famæ splendorem propagavit et sibimet ipsi acquisivit zelo. ita sanè revocabis ac in te exprimes tuos illustres prædecessores.

838. pergit princeps. O kun ya, tibi sint exemplar antiqui sapientes qui veterum doctrinam amplexati sunt: ab hoc pendent populorum pax vel turbæ. insiste majorum tuorum vestigiis et effice ut floreat principis tui regimen.

a. 王日 (ouang yue) princeps de quo agitur in præsenti capite est princeps 穆王 (mo ouang). principi kang ouang dantur 26 anni regni. cum ipsius regni 12^m annum assignaverimus ad annum ante C. 1056; proindè ipsius mors evenit anno 1042. principi kang ouang successit filius 昭王 (tchao ouang) qui juxtà hoang fou mi regnavit 51 an. principi tchao ouang successit filius mo ouang de quo in præsenti capite.

b. 太常 (tay tchang) juxtà librum 周禮 (tcheou ly) erat vexillum regale supra quod depictæ erant imagines solis, lunæ et septem stellarum ursæ majoris. illi qui meritis suis erant insignes inscribebantur suprà illud vexillum et post mortem suam habebant partem in sacrificiis quæ fiebant in honorem defunctorum imperatorum

c 大司徒 (ta sse ton) vide quæ discimus de illo Magistratu (751, c).

Caput 26um

囧命

Kiung Ming

installatio Magnatis pe kiung.

in præsenti capite Historicus refert quomodo 穆王 (mo ouang) commiserit Magnati 伯囧 (pe kiung) munus 太僕正 (tay pou tching). præfectus ille erat supremus imperatorii palatii Magister. quæcumque palatii munera pendebant ab illo. illius erat seligere, tum præfectos, tum alios quotquot inserviebant in palatio et propius accedebant ad imperatorem: ideo imperator adeo cordi habet ut pe kiung invigilet muneri

mo ouang commonet pertaing sr virtutem maximè cordi habere.

238. Princeps ita inquit. O Pe tsiang, non possum virtute assequi majores meos quibus succedo in excelsâ Principis dignitate. idcò timens, pavidus et in eo quod imminet mihi periculo inquietus, in medio noctis surgo ut medicer quo pacto defectus meos emendare possim.

antiqui Principes probitate suâ insignes nonnisi probitate insignes ministros adhibebant.

239. olim Principes vou ouang et oum ouang ingenio, perspicacitate, totius corporis compositione et majestate, uno verbo omnibus numeris absolutâ sanctitate erant conspicui. quotquot in aulâ serviebant Magnates, sive magni, sive parvi, probi erant ac fideles. ex ipsismet illorum curigis, famulis et servis, nullus erat qui non foret rectus, et qui de mane ad vesperam pro viribus suis non adjuvaret Principem suum et adversitatem illum non diligeret. idcò Princeps sive intus sive foris, sive sedens, sive ambulans, nihil agebat nisi veneratione dignum. in legibus quas sanciebat, in edictis quae promulgabat, nihil erat nisi bonum et rationi conforme. populi honore et obsequio illum prosequebantur, et omnia imperii regna florebant.

Principis intentio est ut qui illi inservient probent illi bonum exemplum.

240 jam vero cum in me nihil sit boni, penitus innitar illis qui tum a dextris, tum a sinistris, tum antrorsum, tum a tergo inserviendi mihi munus habent, ut me rectis, ut adjuvent me in iis quae per memetipsum assequi non possem, ut quod in me non est rectum ad normam revocent, errores meos corrigant, cordis navos emundent et ita possim assequi eximia praedecessorum meorum facinora.

jubet pe tsiang praeesse iis qui serviunt in palatio.

241. nunc ego tibi conferro munus 大正 dirigas ad rectum omnes palatii mei famulos, et illos qui curant supellectile: ita Principis tui virtutem accendes et adjuvabis ut ea quae adhuc illi desunt consequatur.
ta tsching

commendat illi ut accurate seligat illos qui inservire debent.

242. tuum est eligere qui mihi inservient. igitur in inferiorum tuorum delectu magnam curam adhibeas. tum illos qui dolosis artificiosisque verbis favores aucupantur, tum hypocritas qui affabilem ementiuntur vultum ut sese facilius in animos insinuent, tum assentatores qui pravos eorum quibus placere volunt cupiditates dilaudant, tum illos qui quidquid dominis suis odiosum, quamquam bonum removent, tum illos qui

corde torto nonnisi per ambages incedunt. tum denique palpones omnes qui nihil aliud satagunt nisi exhilarare Dominum suum, omnes inquam ejusmodi homines arceas, non adhibeas nisi viros probitate et rectitudine suâ conspicuos.

243 Si qui principi inserviunt sint probi, poterunt illi principem suum efficere bonum. Si qui principi inserviant sint adulatores, princeps arbitrabitur se perfectum et ita defectus suos ignorans, illos emendare non valebit. pendet ab iis qui principi inserviunt ut princeps sit probus, pendet ab illis ut non sit probus.

244. caveas ne animo sis affectus erga nebulones, ne quos eliges ut mihi semper adsint prae oculis et auribus, inducant me ad aliquid alienum a principum praedecessorum probitate.

245. Si in iis quos deliges non haberes rationem probitatis, sed illos duntaxat haberes probos qui pecuniâ suâ sibi munus sollicitant. ita ad inserviendum mihi non praeficeres nisi pravos. tunc sane reus esses magni in principem tuum contemptûs et non possem non plectere te.

246. concludit princeps. O tum ya attende tibi et constanter principem tuum adjuves ac dirigas in aeternae legis et humanae societatis officiorum observatione.

Caput 27um

呂[a] 刑

Lu Hing

cum imperator Mo ouang constituisset regulatûs 呂 (lu) Dynastam in munere 司寇 (sse tseou) jussit illi in codicem digerere varias suppliciorum sive infligendorum, sive redimendorum leges. has refert historicus in praesenti capite.

mo ouang jam natus 100 annos condit suppliciorum leges.

247. quando regulatûs 呂[b] (lu) Dynasta mandatum accepit ab imperatore mo ouang, imperator qui imperio[c] potiebatur jam habebat 100 annos. itaque annorum numero fractus[d] ac debilis, cogitavit de sanciendis suppliciorum legibus, ut quatuor imperii sui partes in legum observatione contineret.

tchi yeou fuit rebellium primus qui suppliciis abusus fuerit.

848. Princeps ita inquit: discimus ex antiquitate quod postquam 蚩尤 (tchi yeou) primus turbas excitavisset, illius exemplo depravati fuerint populi, ita ut inter illos nullus fere non esset latro, grassator, omnium aequitatis legum eversor, vafer, impudicus, alienorum bonorum raptor, superbus et ferox.

deinde San miao Princeps.

849. prava illa exempla amplexus est populorum 有苗 (yeou miao) Princeps. in regimine suo suppliciis abusus, quinque supplicia non adhibuit nisi ut crudelitatem suam satiaret, et sub ficto disciplinae praetextu innocentes mactavit et suppliciis affecit. haec fuit origo excessus in suppliciis nasum et aures amputandi, castrandi, notas in facie imprimendi. quicumque inciderant in culpam illis suppliciis obnoxiam, omnes puniebantur absque ullâ distinctione et ullo circumstantiarum examine, utrum veniâ digni, utrum vero essent indigni.

San miao populus imitatus est sui Principis exemplum

850. populi yeou miao brevi pravo sui Principis exemplo infecti sunt. illi cupiditatibus obcoecati, variis agitati turbis, nullam inter se servantes fidem, violabant: audaciter illa quibus sese juramento obstrinxerant: undique saeviebat crudelitas, undique audiebantur caedes, undique innocentes pravorum multitudine oppressi reclamabant suam innocentiam: sed frustrà. Supremus Dominus respiciens in populos, nullo virtutis eorum odore bono poterat commoveri: qui sursum exhalabatur, duntaxat foetens suppliciorum odor.

chun extinxit San miao.

851. tot innocentium caedes commiseratus 皇帝 (hoang ty) scilicet 舜 (chun) severam de istâ saevitie vindictam sumpsit. ita extinxit populum Miao ut nullus ex illo amplius umquam supervixerit.

injunxit Tchung et ly sive hi et ho ut relligioni promovendae invigilarent.

852. Astronomiae simul et relligionis praesidibus 重 (tchung) et 黎 (ly) injunxit ut dissolverent terrae cum Caelo aequalitatem, id est, invigilarent ut esset subordinatio inter homines et spiritus, non demittendo spiritus ad hominum conditionem nec homines evehendo aut spiritibus comparando. inde factum est ut ab omnibus

regulis usque ad infimam plebem, nullus non esset versatus in suprema legis cognitione vel non adimpleret omnes humanae societatis obligationes, cum tantâ integritate ut viduae, viduae et alii qui patrono carent, jure suo non defraudarentur.

Yu chun suppliciorum metu quo propagantur populi omnino subsistit virtutis amorem.

253. Hoang Ty, (scilicet yuchun) inquirebat populorum miserias cum sincero illis medendi affectu. ex ipsis met viduis et aliis qui patrono carent, nullus erat cujus querela contra ejus ministros non possent ad principem pervenire. jam suppliciorum rigore non exacerbabantur populi: unica virtutis dignitas incutiebat illam non consequendi metum. unius virtutis fulgor emicabat.

Chun commisit yey, yu, hou tsi, qui doctrinae propagandae innumeribus medendi, et fruges conserendas in se suscaperent.

254. commisit tres viros probitate suâ conspicuos, qui arcendis populorum miseriis prospicerent. 伯夷 pe y populis promulgavit legis aeternae obligationes ut illarum observatione sese a supplicii eximerent. ut populis habitationem assecuraret 禹 yu aquas a terrâ cujus superficiei jacebant divisit et utrique locum assignavit. insignivit aliquot majoris nominis montes et flumina quae inservirent ad distinctionem novem partium in quas distributum erat imperium. 稷 tsi docuit populos artem excolendi terram et conserendi fruges quae maturae illis in victum suppeterent. per frêto opere cujus quisque trium illorum heroum curam in se susceperat, pace fruiti sunt populi.

Chun constituit Tao yao rerum capitalium praesidem.

255. constituit 皐陶 Kao yao praefectum 士 chi qui moderato et rationi consentaneo, usu suppliciorum populos edoceret virtutem reverenti.

Chun supplicia non adhibuit nisi tanquam medicinam ad virtutem populis instillandam.

256. cum augusta illius qui praerat majestas et ministrorum qui a illo pendebant perspicacia et integritas intra quatuor imperii partes adeo effulgerent, nullus erat inter subditos qui de unicâ virtute non esset sollicitus. ideo si princeps praecepit suppliciorum rationabilem usum, nonnisi ut populos qui nondum in virtute consolidati erant firmaret ac dirigeret in observandis quae lex aeterna sancivit humanae societatis officiis.

Integritas eorum qui praerant cuique capita tribus.

257. qui gerebat munus quaestoris, illud adimplebat tum erga potentes, non permittendo se illorum authoritate deterreri, tum erga divites non permittendo se

illorum muneribus corrumpi. relligiosus erat et integer, nec opus erat ut seligeret quae ex se ipso depromeret ad commonendum alios, scilicet nihil erat in illo pravum, sed omnia recta. imitabatur Caeli aequitatem, et cum supremam authoritatem Caeli vice exerceret, in eâ hic inferiùs exercendâ sese Caelo conformabat.

hortatur dynastas et alios qui in authoritate constituti sunt, ut imitentur eximia pe y in adhibendis suppliciis exempla et caveant a pravo principis yeou miao populos regendi exemplo.

258. Princeps inquit. O vos qui dirimendis quatuor imperii partium litibus estis praepositi, nonnè Caeli vice populorum estis pastores. jam vero quodnam vobis inspiciendum est exemplar? nonne debetis imitari sapientem 伯夷 pe y. qui suppliciis usus est duntaxat ut populos ad virtutem dirigeret. quid vero vobis fugiendum est et cavendum? nonne agendi modus populorum yeou miao qui absque ullâ veri et falsi disquisitione dirimebant lites, nec seligebant viros probos qui in decernendis quinque suppliciis aequitatem servarent. sed e contrà adhibebant viros qui tùm abaterentur authoritate suâ ad diripiendas populorum divitias, tùm adhiberent quinque supplicia ad saeviendum contra innocentes. Supremus Dominus illa nefanda execratus, calamitates immisit in populum yeou miao. populus yeou miao luit poenas et illius stirps omninò extincta est et eradicata.

hortatur dynastas ut in suppliciis et praemiis observent tres virtutes in capite hung fan commendatas.

259. pergit Princeps. hoc sanè etiam atque etiam est recogitandum. O vos tum patrui, tùm fratres natu majores, tùm fratres natu minores, tùm filii ac nepotes, mea verba attentè audite: sunt enim maximi momenti. non potestis aliter vestrae tranquillitati consulere, nisi continuam in suppliciis decernendis adhibendo diligentiam. nihil vobis magis est cavendum quam illi diligentiae deesse. Caelum commisit mihi munus, uno die (scilicet per breve vitae meae tempus) populos regendi: sed regiminis successus non pendet a me solo, pendet etiam ab hominibus qui me adjuvant. igitur voluntati Caeli vos relligiosè conformetis, ut me homuncionem possitis adjuvare. quamvis discerim aliquid esse abhorrendum et ideo suppliciis puniendum: ne statim illud abhorreatis et puniatis. quamvis discerim aliquid esse bonum ac proindè praemio dignum; ne vos illud statim bonum dicatis vel praemio afficiatis: sed adhibeatis supplicia juxta tres quae in capite 洪範 hung fan commendantur

virtutes. Si vos ita gesseritis, ego sanè vobis congratulabor et populi vestrae aequitati innixi, aeternâ fruentur felicitate.

hortatur adhuc tum regulos tum alios magistratus ut maxime circumspecti sint in suppliciis infligendis.

860. pergit Princeps. O vos qui regnis praepositi estis 諸侯 (tchou heou), sive qui districtus habetis 大夫 (tay fou) accedite ut vos commoneam quo pacto supplicia bene et cum successu sint a vobis adhibenda. ut pacem ac tranquillitatem populo procuretis, nihil magis debet vobis esse cordi quam delectus virorum quos decernendis suppliciis praeponetis. nihil vobis magis est religioni ducendum, quam usus suppliciorum. nihil vobis magis est attendendum quam suppliciorum consequentiae.

modus ferendi sententiam.

861. postquam litigantium utraque pars causam suam informavit, judices simul examinent quinque accusationes. Scilicet accusationes de iis quae quinque suppliciis possunt esse obnoxia. Si quinque accusationes verae sint, nec ullum supersit dubium, adhibeatur ex quinque suppliciis supplicium quod respondeat speciei delicti. Si non conveniat adhiberi quinque supplicia, adhibeantur quinque mulctae, scilicet mulcta quae respondebit illi ex quinque suppliciis cui obnoxia est culpa. Si quinque mulctae locum non habeant, culpa annumeretur inter defectus non culpabiles, id est si culpa sit adeo levis ut non obnoxia sit uni ex quinque mulctarum speciebus, habeatur tamquam defectus non culpabilis

quinque defectus in judiciis vitandi.

862. porro in quinque culparum speciebus discernendis, possunt esse quinque defectuum species. 1° praefectura, id est terreri authoritate vel dignitate illius de quo inquiritur. 2° retributio, id est beneficiorum vel injuriarum in decidendo rationem habere. 3° intus, id est mulierum sollicitationes audire. 4° divitiae, id est muneribus corrumpi. 5° familiaritas, id est consuetudini quae cum aliquo intercedit, vel sollicitationibus obsequi. hi porro defectus culpabiles sunt non secus ac qui quinque suppliciis sunt obnoxii. in illis cavendis magna a vobis adhibenda est diligentia.

in dubio mitius amplectendum.

863. in dubio utrum aliqua culpa sit quinque suppliciis obnoxia, condonanda est; id est immutanda in mulctam pecuniariam. in dubio utrum culpa mulctae pecuniariae sit

obnoscia omnino condonanda est; idest accusatus est dimittendus, res diligenter examinetur. Si re diligenter examinatâ concordent omnes de illius veritate, adhuc examinanda sunt circumstantiæ. ne sententia ferratur de re quæ nullum habet fundamentum. caveatur a Cæli severitate: Cælum non impune patitur plecti innocentes.

in quibus casibus redimi potest pœna.

864. in dubio utrum notas excarandi supplicium sit infligendum, non infligatur, sed redimatur per centum 錢 (hoan erat pondus seu unciarum metalli.) sed antea diligenter inquiratur de delicti realitate. in dubio utrum nares amputandi supplicium sit infligendum, non infligatur, sed redimatur per duplum præcedentis, idest per 200 hoan, et antea diligenter inquiratur de delicti realitate. in dubio utrum pedes amputandi supplicium sit infligendum, non infligatur; sed redimatur per duplum et insuper dimidium præcedentis, idest per 500 hoan, et antea inquiratur de delicti realitate. in dubio utrum castrandi supplicium sit infligendum, non infligatur; sed redimatur per 600 hoan et antea diligenter inquiratur de delicti realitate. in dubio utrum mactandi supplicium sit infligendum, non infligatur, sed redimatur per mille hoan et antea diligenter inquiratur de delicti realitate.

numerus casuum quinque supplicii obnoxiorum.

quinque illis supplicii varii sunt obnoxii casus. mille sunt obnoxii supplicio notas excarandi. mille sunt pro supplicio nasum amputandi. quingenti pro supplicio pedes amputandi. trecenti pro supplicio castrandi. ducenti pro mortis supplicio. in summâ, quinque supplicii obnoxii sunt tres mille casus: sed cum esse possint alii infiniti casus qui subjacerent quinque supplicii, nec tamen sint in legibus enumerati, erbent illi casus juxta suam speciem referri vel ad gravia vel ad levia supplicia. ne præbeantur aures accusationibus quæ non intendantur nisi ex motivo turbas excitandi. ne adhibeantur supplicia quæ hactenus non fuerint adhibita. juxta leges examen instituatur et in ferendo æquo judicio vires omnes exerantur.

attendendum ad circumstantias quæ culpam aggravare vel minuere possunt.

865. Si quæ supplicii gravioribus ex naturâ suâ obnoxia sunt, ex circumstantiis levia sint, adhibenda erunt deinceps levioria supplicia. Si quæ levioribus supplicii ex naturâ suâ obnoxia sunt, ex circumstantiis sint gravia, adhibenda erunt graviora supplicia.

quaelibet mulctae tam graves quam leves, trutinâ sunt ponderandae. tum supplicia, tum mulctae, prout exigunt saeculi mores, vel gravia sint vel levia. illorum scopus est regere populum: cavendum itaque ne illis abutendo regimini officiatur. ideò in illis adhibendis observetur ordo et attendatur ad finem ad quem institutae sunt.

quinam apti sint ut judicium ferant de poenis infligendis et quantae cautiones adhibendae.

266. quamvis mulctae non importent sontis mortem, important tamen illius cruciatum: ideò judicum delectus est sanè maximi momenti. jam vero qui nimiâ pollent oris facundiâ, non ideò sunt apti litibus dirimendis, sed illi duntaxat apti sunt qui probitate pollent et numquam a virtutis medio deerrant. accuratè discutiatur quidquid in accusationibus irrepere posset falsi. aliqua sunt quibus deneganda fides, alia quibus fides adhibenda. judicia non ferantur nisi ex relligione et commiseratione. si scripto clarè et distinctè exponantur suppliciorum infligendorum motivi et a praefectorum multitudine discutiantur, tunc nulla feretur sententia quae non sit aequa et culpae proportionata. sive supplicium sive mulctam non exposcatis, nisi postquam in examine maturo vires omnes impenderitis. si judicium quod tuleritis a multitudine approbetur, quando illud vos ad me deferetis, ego etiam approbabo. quos porro mihi offeretis libellos, integri sint, nec in iis aliquid omittatur, qualis esset casus illius qui duplici supplicio est obnoxius.

267. pergit princeps. O quantam adhibere debetis diligentiam, sive qui rebus forensibus estis praepositi, sive qui aliis praepositi estis praefectis, sive qui estis ex meâ familiâ, sive qui non estis ex meâ familiâ. nonnisi tremens loquor vobis et exigo cautiones magnas in infligendis suppliciis. duntaxat eos qui virtute eminent decet illa decernere. nunc vero cum Caelum non nisi ut prosit populis in eos suppliciis animadvertat, vos qui in terris Caeli vice fungimini, debetis sane perspicaces esse ac sagaces in discernendis quae nullo fundamento nituntur accusationibus. bonum populi regimen pendet omnino ex aequitate in decidendis iis de quibus in utramque partem contenditur litibus. ne litem quae inter duas partes intercedit, ad vestram propriam

utilitatem convertatis. divitiae quae ex litibus coacervaretis non sunt in pretio habendae: immo non possunt esse vobis nisi criminum fons et in vos odium omnium conciliare. O quantâ cum relligione decerni debent supplicia! Caelum certè nihil contrà aequitatem agit: sed homines pravitate suâ sibimet ipsis accersant calamitates. Si Caelum severas de reis non exigeret poenas, tunc inter omnes orbis populos nullae observarentur leges, nullum floreret regimen.

868 pergit Princeps. jam vero O vos qui deinceps judicum officio succedetis nepotes, quodnam vobis esse debet exemplar? nonne illi qui in medio virtutis valent dirigere populos. horum doctrinam audire ac penitùs intelligere debetis. quo pacto antiqui sapientes in decernendis suppliciis famam nullis limitibus circumscriptam sibi comparaverunt: scilicet in quinque suppliciis decernendis, numquam a medio et aequitate aberraverunt. ideo sibi commissorum a principe populorum laudes ac praeconia promeriti sunt. hoc sane praeclarum est exemplar quod vobis in suppliciis decernendis imitandum proponere debetis.

a. 呂刑 lu hing kung in ta inquit: regnante imperatore 穆王 mo ouang, regulatûs 呂 ly Dynasta qui gerebat munus 司寇 sse keou cujus erat capitales causas dirimere et poenas infligere, videns in dies supra modum crescere casus qui erant suppliciis obnoxii, adivit Principem rogans illum ut imponeret aliquem modum in suppliciis infligendis. Princeps annuit praefecto et juxtà morem qui in praecedentibus Dynastiis invaluerat, permisit ut mulctâ pecuniariâ redimerentur supplicia. hanc Principis voluntatem promulgaturus 呂侯 lu heou id est regni Lu Dynasta, narrat historicè originem et progressus legum quae sub variis Dynastiis sancitae sunt de suppliciis infligendis.

authores plurimi, ne dum exaltent Principem mo ouang de iis quas sancivit infligendi ac redimendi supplicia legibus, e contrà illum accusant in isto agendi modo non habuisse aliam intentionem nisi ut avaritiae suae satisfaceret.

dicunt 1° in illo edicto Princeps mo ouang simulat se velle imitari Principem Chun qui ut legitur in capite Chun tien permittit redimi aliqua supplicia: sed in capite Chun tien non permittitur pecuniariâ mulctâ redimi nisi poenas fustis et verberum: quoad alia supplicia, non permittitur

illa redimere: permittitur duntaxat ut si sit aliqua ratio illa mitigandi, commutentur in exilium. porrò Princeps Mo ouang permittit indifferenter redimi quæcumque supplicia quamquam propter graviores culpas infligenda. ergò inquiunt, illi qui pecuniâ abundant poterunt impunè sese sceleribus contaminare: pauperibus duntaxat supplicia terrorem incutere poterunt.

dicunt 2° Principi Mo ouang leges illas statuendi motivum, non fuisse reipsâ populorum commisereri: sed quia Princeps ille absque mensurâ frænum cupiditatibus laxando regios thesauros funditùs exhauserat, ideo fictâ commiserationis apparentiâ usus est illo supplicia redimendi artificio ut compararet sibi undè arcas evacuatas posset denuò implere. quidquid sit Confucius annumerat præsens caput inter scripta Canonica: cùm enim contineat plura tum curiosa, tum apta ad concitandam commiserationem ergà populos; illius erit qui caput præsens leget pravum Principis motivum vituperare; sed sibi imitanda proponere quæ ad fovendum in humanâ societate amorem mutuum, mutuamque commiserationem poterunt concurrere.

b 呂 (lu) regnum erat ubi nunc est 呂城 (lu tching) 30 ly ad occidentem 南陽府 (nan yang fou). Metropolis provinciæ 河南 (ho nan)

c 王享國百年 (ouang hiang kouo pe nien) .... Princeps potiebatur regno 100 annos. juxtà textum existimari posset Principem Mo ouang regnare a centum annis: sed aliundè patet hîc agi de Mou ouang ætate quæ attingebat centesimum annum. scilicet ut aiunt kung in Ta, kung ngan kouo H quando Mo ouang præsens edictum promulgavit, jam regnabat a 50 et amplius annis, et quando conscenderat solium, natus erat 40 et amplius annos, proindeque attingebat centesimum annum.

d 耄 (mao) hacnc et sequentem characterem varii authores varie explicant juxtà bonam vel malam quam adscribunt Principi Mo ouang edicti promulgandi intentionem. in proprio sensu character mao designat senem 80 vel 90 annorum. qui vero stant contra Principem Mo ouang dicunt characterem mao hîc significare senem præ senectute delirantem.

e 荒 (hoang.) juxta Grammaticos designat sollicitudinem, qualis est sollicitudo hominis qui feras avidè et absque ullâ mensurâ venando consequitur. qui stant contra Mo ouang,

dicunt Characterem hoang, hîc designare aviditatem quâ Princeps otium et voluptates consectabatur. qui vero stant pro Mo ouang, alii dicunt characterem hoang designare sollicitudinem Principis in alleviandis populorum suorum miseriis. alii dicunt characterem hoang, hîc significare magnum, vastum H et jungunt illum cum sequenti 度 (tou) qui significat consilium, molitionem H ità ut Principis Mo ouang edictum de suppliciis nuncupentur molitionem magnam.

f. 蚩尤 (tchi yeou) juxtà kung ngan koue, erat dux illorum qui vocabantur 九黎 (kieou ly). annales 史記 (che ky) inquiunt sub finem regni 神農 (chin nung) ortos fuisse rebelles quorum dux erat tchi yeou quem deindè 黃帝 (houng ty) mactavit in regione 涿鹿 (tcho lou). juxta librum 國語 (koue yu), kieou ly vivebant sub finem regni Principis 少昊 (chao hao), non facit mentionem de tchi yeou. 應劭 (ing chao) inquit tchi yeou fuisse antiquum imperatorem. 鄭 (tching) inquit Tchi yeou fuisse usurpatorem quem debellavit Hoang ty. 韋昭 (oei tchao) inquit 九黎 (kieou ly) fuisse novem homines qui erant Tchi yeou sequaces. kung in ta qui in suis commentariis refert adhuc varias de Tchi yeou sententias, non audet litem dirimere. videtur tamen in illud inclinare quod Tchi yeou sit rebellis ab imperatore Hoang ty debellatus. idem dicunt ge kiang, Tchang Co lao et alii magni nominis interpretes. quidquid sit de Tchi yeou, in hoc omnes consentiunt illum fuisse primum qui turbas excitaverit ac dederit occasionem sanciendi suppliciorum leges. ideo Cometae qui inter sinas habentur quasi infausta rebellionum aliarumve calamitatum praesagia, vocantur 蚩尤旗 (tchi yeou ky) vexillum rebellis Tchi yeou.

in quo porro consistebat pravitas Tchi yeou. kung in ta inquit: quamquam aliunde in antiquis libris nulla fiat mentio de Tchi yeou, nisi solum quod 亂德 (loan te) virtutes pessumdederit, nihilominus praesens caput videtur insinuare in quo pravitas illa sita fuerit: siquidem cum infrà dicatur Principem et populos San miao tyrannice suppliciis usos fuisse, probabile est hanc etiam fuisse culpam Tchi yeou cujus imitatores passim dicuntur San miao.

g. 寇 (keou) dicitur de eo qui damnum infert in bonis et divitiis

h. 賊 (tsei) dicitur de eo qui damnum infert in corpore

i. 鴟義 (tchi y.) tchi est nomen avis rapacis. y est aequitas. tchi y designat illos qui aequitatis

leges pessumdant et aliis injuriam facere quasi jus sibi ducunt.

k. 姦 kien qui foras est sceleratus. impuris voluptatibus deditus.

l. 宄 kieou qui intus est sceleratus.

m. 苗 miao scilicet San miao de quibus suprà (

n. 殺 cha, 劓 y, 刵 eul, 椓 tcho, 黥 king, quinque supplicia de quibus in capite Chun tien. Cha occidere, idem est quod in illo capite vocatur 大辟 ta pi magnum supplicium. y, nares praecidere. eul, praecidere aures. in capite chun tien est 剕 fei amputare pedes. tcho idem est ac 宮 kung castratio. king idem ac 墨 me characteres nigros in facie imprimere.

quoad Mortis supplicium, Kung in ta inquit legibus sancitum fuisse ut qui scelus mortis admisisset ante 15^m annum, non plecteretur morte, sed castraretur: inde eunuchorum origo: inde etiam patet supplicium castrationis post supplicium mortis censeri gravissimum.

addit praeterea has quinque suppliciorum species viguisse a tempore principis Chun usque ad illud quo scribebat tempus: quandonam autem inceperint esse in usu, fatetur se nescire: suppliciam mortis olim non erat nisi duplicis speciei, strangulatio et capitis amputatio. supplicium concidendi in frusta non incepit legibus esse determinatum nisi tempore 漢文帝 han ouen ty nunc adhuc non adhibetur a Tribunalibus nisi triplex ille reos occidendi modus. si adhibeantur alii, qualis est fustis usque ad necem percussio, hominis vivi in terram sepelitio &c non adhibentur nisi ex privatâ imperatoris voluntate, vel quia scelus tale est ut a legibus non fuerit praevisum.

o. 皇帝 hoang ty imperator. quis fuerit ille, controvertitur. alii dicunt agi de imperatore 堯 yao quia in sequenti phrasi dicitur ab illo imperatore praepositos fuisse 重 tchung et 黎 ly qui remedium afferrent superstitionibus quas invexerant San miao. porro, inquiunt illi familiae Tchung et ly, sive 羲 hi et 和 ho à principe yao praepositae sunt illi muneri. nos vero cum je kiang &c dicimus hic agi de imperatore Chun qui ut videtur in cap: Chun tien funditus extirpavit San miao. nec obstat phrasis sequens, modo dicatur familiis Hy et Ho quae jam ab imperatore 顓頊 tchouen hio Astronomiae dirigendae et superstitionibus eradicandis praepositae fuerant et ab 堯 yao confirmatae, principem 舜 chun

injunxisse ut munus suum relligiose obirent: de quibus vide quae diximus in cap. yao tien.

p. 乃命重黎絕地天通. liber 楚語 inquit. princeps 昭王 interrogavit doctorem
nay ming tchung li tsiue ty tien tung tsou yu tchao ouang
觀射父 quid significarent ista libri Tcheou chou verba. jussit Tchung et Ly rumpere
koan che fou
communicationem terrae cum Caelo. an igitur, inquirit, datum erat hominibus conscendere Caelum ut cum illo communicarent? respondet Doctor. profecto non is est citatorum verborum sensus. immo hominibus piaculum est sese adaequare Caelo et velle se immiscere in iis quae duntaxat pertinent ad Spiritus. porro regnante chao hao languebat regimen, kieou ly ita populos infecerant superstitionibus suis ut passim pullularent praestigiatores et Magi. quisque sibi arrogabat jus vaticinandi, quisque sese erigebat in arbitrium secundae vel adversae fortunae. languebat Spirituum cultus, ubique impietas, ubique irreligio, ubique Spirituum contemptus non secus ac si homines non penderent a Spiritibus, sed essent illis aequales. ut iis malis mederetur principis 少昊 successor 顓頊 constituit 南正重 magistratum Caeli qui
chao hao tchouen hio nan tching tchung.
praeesset ritibus relligionis. constituit 火正黎 Magistratum terrae qui invigilaret ut
ho tching ly
populi relligiosos induerent mores ac debitum Spiritibus exhiberent obsequium. in hoc sensu rupta communicatio sive similitudo inter Caelum et terram, scilicet restitutus est Spirituum cultus et homines jam fuerunt ut decet Spiritibus subordinati. cum deinde San miao imbuti pravis kieou ly dogmatibus renovavissent illorum superstitiones, princeps yao iisdem uti volens remediis quibus usus fuerat Tchouen hio, familias Hi et Ho confirmavit in muneribus quae olim habuerant familiae Ly et Tchung quarum erant nepotes, scilicet familia Hy oriunda erat a familiâ Tchung et familia Ho oriunda erat a familiâ Ly.

author 呂氏 inquit populos tum Kieou ly tum yeou miao superstitionibus infectos
lu che
relligionis ritus omnino turbasse, ita ut tunc temporis a quocumque privato indifferenter sacrificia offerrentur. principes Tchouen Hio, yao et Chun restituerunt et observari curaverunt illas quae vigebant antiquitus sacrificandi leges scilicet nonnisi a Caeli filio, id est imperatore Caelo sacrificium offerri posse, et nonnisi a Tchou heou, id est regulis posse

sacrificari montium, fluminum, aliisque spiritibus. in hoc sensu ruptum est commercium inter Cœlum et terram, quia prohibitum est ne homines auderent arrogare sibi jus sacrificandi Cœlo.

q 伯父 (pe fou), 伯兄 (pe hiung), alloquitur præsertim regulos qui erant ex suâ familiâ: ideò vocat illos patruos et fratres natu majores.

r 三德 (san te) tres virtutes, scilicet 剛 (kang) firmitas animi, graviter puniendo gravia scelera. 柔 (jeou) mansuetudo, condonando culpas veniâ dignas. 正直 (tching tchi) rectitudo et æquitas, pœnam culpæ proportionatam imponendo.

s 鍰 (hoan) dicunt esse sex 兩 (leang) id est uncias 金 (kin). Kin vulgo significat aurum, sed est etiam nomen genericum metalli. Kung ngan Koue ait hic agi de 黃鐵 (hoang tie). tie significat propriè ferrum, aliquando metallum. Hoang tie, ferrum flavum, vel si mavis metallum flavum. quid est porrò ferrum flavum? probabiliter est cuprum. Kung in ta inquit, alii dicunt esse 黃金 (hoang kin) alii 黃鐵 (hoang tie) aurum nunc vulgò vocatur hoang kin: sed in casu præsenti vox illa est æquivoca, quia olim aurum, argentum cuprum et ferrum indifferenter vocabantur kin. Sed quamquam commentatorum alii dicant esse hoang kin, alii esse hoang tie, probabile videtur, tum in præsenti capite Lu hing, tùm in capite Chun tien pretium quo quis se a supplicio redimere poterat, fuisse cuprum.

t. 墨辟疑赦 (me pi y che) Kung in ta inquit. modus ille supplicia mitigandi, minime conformis est sancitis olim de pœnâ mitigandâ legibus. olim in dubio utrum pœna capitis esset infligenda, castrabatur. in dubio utrum castratio esset adhibenda, pedes amputabantur. Il nonnisi pœnæ fustis et verberum pecuniâ redimi poterant. juxtà leges quas sancit Mo ouang, in dubio utrum pœna gravior sit infligenda, non commutatur in leviorem, sed pecuniâ redimitur, ita ut quilibet sceleratus si pecuniam habeat, a morte se eximere possit. hæc agendi ratio, exclamat interpres recens, quam longè differt ab æquis quas princeps Chun præscripserat legibus.

Caput 27um.

文侯之命

Ouen heou tchi ming

inauguratio Dynastæ Ouen.

Princeps 周幽王 (tcheou yeou ouang) perditè amabat concubinam 褒姒 (pao sse) ex quâ filium habuit 伯服 (pe fou) ideo repudiatâ uxore legitimâ 申后 (chin heou), et abdicato legitimo quem ex illâ habuerat filio 宜臼 (y kieou) cujus erat imperio succedere, nuncupavit Paosse imperatricem, ejusque filium Pe fou imperii successorem. imperatrix repudiata, unâ cum filio suo confugit ad 申侯 (chin heou) id est regni Chin regulum e cujus familiâ erat oriunda. yeou ouang tàm uxorem quam filium repetiit a regulo regni Chin. noluit Regulus Chin; immò tùm ut sibi caveret a principis yeou ouang irâ, tùm ut ulcisceretur injuriam familiæ suæ illatam in personâ imperatricis repudiatæ, vocavit in auxilium suum occidentalis terræ populos, et unà cum illis in campo vicino montis 驪山 (ly chan) in districtu 西安府 (si ngan fou) in 陝西 (chen si) commissâ pugnâ mactavit yeou ouang et in captivitatem abduxit tùm imperatricem novam paosse, tùm ejus filium pe fou. mactato imperatore yeou ouang, regulus 晉文侯 (tsin ouen heou) una cum 隩武公 (tching vou kung) et aliis regulis imperii solio imposuerunt legitimum imperatoris yeou ouang filium y kieou, qui ut primum sub nomine 平王 (ping ouang) inauguratus est, transmigravit in regiam 洛邑 (lo y). Ping ouang gratitudinem patrono suo 文侯 (ouen heou) testificaturus, evexit illum ad dignitatem 伯 (pe) id est regulorum suæ regionis caput et unà dono dedit illi pretiosum vinum 秬鬯 (ku tchang) arcus et sagittas. hæc inauguratio est materia præsentis capitis.

præcedentes imperatores floruerunt quamdiu habuerunt probos ministros

869. Princeps inquit. O Pater 義和 (y ho) quam illustres fuerunt ouen ouang et vou ouang! quam acri zelo virtutem excoluerunt! virtutum quæ eminebant in ouen ouang splendor usque ad Cælum emisit radios. illarum fama orbem totum implevit: ideò supremus Dominus imperium contulit principi ouen ouang. jam vero tunc temporis erant notæ probitatis viri qui a dextris et a sinistris valerent adjuvare principem suum. inde fiebat ut illiùs consiliis et voluntatibus, tùm in parvis, tùm in magnis rebus nullus esset in toto imperio qui non obsecundaret. tales administros habuerunt prædecessores nostri a Tching ouang usque ad yeou ouang: ideo in pace imperio sunt potiti.

luget suas et imperii calamitates.

870. eheu! miserum me. ego homuncio solium conscendens magnis a Cælo impetitus sum calamitatibus. populorum felicitas et opes omnes evanuerunt. barbari 戎 (jung) totum imperium

meam vastati ac depopulati sunt; qui negotia mea administrant, jam non sunt amplius illi senili sapientiâ ac generositate commendandi, qui officia sua adimplere satagunt. tot difficultatibus superandis ego sum impar. ad instar suorum patrum et avorum qui tam benè principi suo succurrunt, quis regulorum commiserebitur mei? O si quis velit exercere vires ac bene mereri de me, hic sanè solium meum firmis fundamentis in æternum asseverabit.

ping ouang
pei-ta ouen tsou
pius auxilium.

271. O pater ꝯ gi ho, tu potes præclara majorum tuorum facinora resuscitare. tu potes efficere ut revivescant et effloreant præclara quæ principes vou ouang et ouen ouang reliquerunt nobis documenta et exempla. tu igitur principi tuo adsis ut esse possit majorum suorum virtutis successor, ita eximio parenti tuo 唐叔 tuam veræ filialem pietatem exhibere potueris. si tu adeò benè de me merearis, et ab iis quæ mihi imminent malis me eripere velles, ego sanè tuarum laudum præconem futurum me polliceor.

tang chou

